
DE PLATONICAE ATQVE Ariſtotelicæ Philoſophiæ diffe-rentia, Libellus. nuper in lucem editus.

Bernardino Donato Veronenſi Authore.



Γεωργίου τοῦ Γεμιστοῦ τοῦ καὶ Γλήθωνος περὶ ὧν Ἀριστοτέλης πρὸς πλάτωνα διαφέρεται.







VENETIIS

Apud Hieronymum Scotum.
1540.





AD ILLV. VIRVM RODVLFVM Pium Fauentinæ Ecclesiæ Episcopum Cardi nalẽ Carpenseʒ/de Platonicæ atq; Ari stotelicæ Philosophiæ differẽtia. Donati Veronensis libellus.



I vllum humanæ sapientiæ genus cum religione nostra sit copulandum, Rodulfe vir illu. ego vnuʒ illud existimarim, quod etiam humanis, hoc est, Physicis quibusdam rationibus, animos hominuʒ immortales esse declararet: cuiusmodi illud esse in primis & legendo & audiẽdo didicimus, quod Platonicuʒ a Platone authore ac principe denominatum est. si qδ vero aliud sit, qδ ab authore suo ita sit institutuʒ, vt vel suis positis principijs animæ nostræ immortalitatem tenere non possit, vel aperte mortalem esse illam conetur ostendere: hoc ego si modo vacet, persequendum quidem etiam viro christiano cõcesserim, sed nulla alia de causa, nisi vt vęhemẽtius ac certius possit ab ipso redargui. qδ si tantuʒ ocij non supersit, vt vtrũq; genus persequi liceat, præstiterit longe, meo quideʒ iudicio, cũ vno philosophari Platone, q̃; eo relicto, alterius generis cuipiam impensius fauentem, penitus hanc religionẽ euertere. etenim quæ tandem, obsecro, ex omnibus Philosophoꝝ sententijs/aut latentius/aut efficacius tollit religioneʒ, q̃; ea quæ animos vna cum corporibus interire proponit? nam, quę deos omnino esse negat, tam facile repręhendi solet, vt iam plane locũ vbi consistat apud nullum genus hominum inuenire queat. itaq; tantũ abest, vt per huiusmodi opinio-

nem timeam ne quid de religione ſit detrahendum, vt religioni aliquid potius lucri acceſſuruȝ ex ea nõ dubitẽ. at hæc quæ animos mortales diſſolubilesq; pronunciat, quid religioni quęſo omnium eoꝝ quibus ipſa conſtat, relinquit? num honorem ſeu reuerẽtiam erga Deum? num amorem? num caſtitatem corporis? num animi innocentiam? num abſtinentiam a vitijs? num laudationem ſeu confeſſionẽ, quæ corde non ore pręſtatur? quid porro a Deo poſtulabit, qui ſe totum paulo poſt moriturum intelligit? quaſi ꝓ non in quadam prudentia & calliditate hominum, ſi hæc vera ſententia ſit, omnia humana conſiſtant. At mouent Dij orbes cœleſtes, ex eoq; motu ipſi primum procreamur & naſcimur: deinde etiam alimur, augemur, fouemur, vitam & ſpiritũm ducimus. ſunt ergo Dij colendi a quibus tot beneficijs afficimur. at enim, o vir ſapientiſſime, eodẽ motu etiam ad interitum trahimur. atq; audi quæſo quanti apud me ſit iſtud tuoꝝ Deorũ beneficiuȝ. finge me vęhementi & ſiti & fame correptum. deinde ſit aliquis vir opulentiſſimus, qui me longo itinere feſſum, ad menſam aliquam omni genere ciboꝝ inſtructam, poculis etiam e vitro lucidiſſimo diſtinctam adducat. tum idẽ me procul ſtantem intueri, & naribus ferculoꝝ odorem dũtaxat nidoremq; percipere, viniq; vnum colorem contẽplari oculis iubeat. quinetiã ne ad menſam illã propius accedam, cathenis vinciat, ipſe interim arbitratu ſuo omnibus illis rebus veſcens ac fruens. huic tam liberali viro, quæſo te, quid me tandeȝ aut quãtum debere exiſtimes? nonne ille ſic ſeipſum duobus maxime criminibus condẽnandum oſtendat/vanitatis & iactantiæ in oſtendando, crudelitatis & ſuperbiæ in prohibendo? non alia certe ratione Dij iſti,

non illi quidem Platonici, sed tamen Philosophici, me lógissimo huius vitæ cursu (qd eniz lógius q̄; vbi nullus sis, eo deduci vt aliqs sis?) ad mēsaz hāc imor talitatis cōtéplādaz adductū, quā cœli ac mundi pul chritudo motusq; ostēdit, ne illā p̄tius deguste, hu mana illico imbecillitate deuinciūt: postremo etiā a cōtéplando quasi ministro quodā & satellite crude lissimo, ipsa morte, in ptes ab ea remotissimas abdu ci iubēt. an nō hoc pacto minus lōge misera est con ditio brutorum q̄; hominum? quæ quidez licet ipsa quoq; esuriant ac sitiant, nunq̄; tamen ad hanc con templandā mensam adducuntur? sed quū vltra mor talitatem suam nihil cernāt aut sperēt, ea vna q̄; diu viuunt se continent, nobis interim id in hac vita in tuentibus & concupiscentibus, nisi amentes facti su mus, quod nec cōsequi, nec attingere vnquaz possu mus. At hr̄e aliquos Dij volunt a qbus agnoscantur & colantur. Primū eos Ph̄i isti dicunt non velle sed quadā cogi necessitate. deinde qd hoc aliud est dice re, q̄; illos oibus bonis fruentes, suoꝝ seruoꝝ oibus malis delectari? an nō intelligūt eos vniuersos quo tidie mori a qbus colunt̃? qd aliud faciunt tyranni? sic sane isti sniaz illam cōfirmare vidētur, quā nescio qs dixisse fertur: optimū fuisse nō nasci, proximuz q̄; ocyssime aboleri. qd enim mihi istud ostētas, qđ ho mini/aut non uis ex inuidia/aut nō potes ex imbecil litate largiri? nūq̄; hanc a te vitā mihi dari expetiui. q eniz poterā quo tpe non eram? nunc qn̄ ad eam im prudens te ducēte perueni, & tuā istā immortalitatē in oculis habeo, alterutrum te rogo, aut huius ipsius ignorātiā, aut cum cognitione habitum & lætitiaz. tametsi quā tu mihi vitā nascēti præbuisti? quē hali tum, quē spiritū viuēti subministras? desine cœluz cō


uertere si potes.qđ si nõ potes,quanti tandẽ istud beneficiũ est putãdũ,qđ mihi primũ nõ postulãti,deinde ẽt coactus dedisti?pulchruȝ sane illud est Ciceronis in Rheto. IIS HABERI gratiã nõ oportere,q necessario profuerint.dedisti mihi oliȝ qđ nõ postulabã,da nunc qđ postulo.si dare non vis & potes,oĩ odio es dignus. si nõ potes & uis,oĩ contẽptione ac despectu.præterea quis tu mihi, aut quis tibi ego,si nulla vnq̃ inter nos cõiunctio futura est?si quidẽ tu in summo semp,ego autem q̃ diu uiuo in imo,post mortẽ ẽt infra imuȝ. at non debes appetere qđ supra te est.qd enim si vitã quoq; istã quã uiuis nunc, tibi ꝑpetuã & sempiternã fieri cuperes?nõne merito stultus habereris?ego nõ video quę stultitia futura sit,si appetã qđ bonũ est.bonuȝ est aũt valentis vitæ perpetuitas & æternitas.quã ego quidẽ non magis affecto q̃ volandi facultatẽ, nõ ob id sane qđ expetẽda nõ sit,sed ꝑpea qđ me non spero cõsecuturũ. neq; tñ me alas non hr̃e queror aut doleo,quũ volantia oĩa infra me videã ꝑꝑ vsum rationis.at ꝟo de immortalitate quã mihi cœlũ istud tuũ quotidie ostẽtat,quæ tandẽ cõsolatio adhiberi põt,quũ intelligo & cogito me illã obtinere nõ posse? num forsitan qđ filios relicturus sim?quasi vero hoc oĩbus cõtingat. aut si cõtingat, vlla sit mihi cum mortuo cõitas. qd enim patri meo nũc ꝓdest,qđ nũc ipse sim,si nullus illi est interim sensus,nulla cognitio? præterea hoc nihil aliud est dicere,nisi singulis nõ esse doleduȝ,qđ ad vniuersos nõ ꝓuenit.quæ quidẽ sunt argutiæ philosophoꝝ.Cæteruȝ his vel Nero ille Romanoꝝ crudelissimus rñdeat.me,inquit,mortuo,terra incẽdio misceatur.quid enim mali cõtingeret hominibus si nulli essent hoĩes?an nõ generi humano melius cõsultũ

foret, si sublatū oīno nihil neq; corpore/neq; aīo mali sentiret? q̄ hoc modo superstes, tot reruz aduersarū, tot periculo℞, deniq; ipsius mortis assidua formidine cōflictari? etenim ego sic statuo: aut melius esse, eum nunq̄ fuisse, q ne nunc quidez sit/q̄ nūc nō esse eum qui olim fuerit: aut inter hunc atq; illum nihil prorsus interesse. ex quibus omnibus nihil aliud superesse intelligis qđ dicat̃, nisi Deo℞ isto℞, quos Phi inducūt, si noster mortalis est animus, felicitaté nr̄is augeri miserijs, qui. v3. nos velint esse, quos miseros fore nō ignorēt. præterea oēm sapientiam cognitionemq; veritatis tāto miseriorem vnumquēq; facere, quāto quisq; & synceriorē eaz & pfectionē fuerit cōsecutus. & cōtra: quāto quisq; lōgius a veritate & cognitione naturæ, rerumq; oiuz diuina℞ aberrauerit, tāto futurū feliciorē: ac multo deniq; amplius generi humano pdesse mēdaciū q̄ veritatē. qđ quidē ad omnis religionis euersionē pertinet necessario. quorū sanè in Philosophia Platonis nihil vnq̄ dici poterit, quippe apud quē planissime cōstet, aīos hoīum esse imortales atq; diuinos: hoīesq; posse, si velint, cū Dijs aliqua familiaritate cōiungi. at istud alij fortasse quidā de plebe Phi dixerint, Aristoteles ꝑo nūquā dixit. Fateor, quinetiā dico illos esse oī odio dignos, qui illius s̄nias ad hoc torquent, sic illi quidez pfessi quo vitæ genere potissimū delectētur. attamē nō minimā ille alijs sentētię huiusce mām dedit, qui tam obscure s̄niaz suā enuntiauit, vt ēt in contrariuz torqueri possit. si quidē nulli adhuc inuenti sunt qui vere se Aristotelicos appellari voluerint, qui nō ad hanc animi mortalitatem facile declinarint. At Platonicus ne dici quidez vnq̄ poterit quispiā, qui non immortalitatez omni ratione tueatur. taceo mundi

illam æternitatem, quã alterius iſtius generis Philoſophi ita eſſe contẽdunt, vt nullum illius authorem ſiue opificẽ omnino conſtituant: quo vno quid Deo tribuere maius potuiſſent ſi illũ laudare voluiſſent? maximo enim Deo, maximum omniũ operuȝ fuerat tribuenduȝ. taceo in moribus voluptatem, ad quam libenter feruntur qui ita philoſophantur / vt ſe totos morituros & opinentur, & contendant. quorum nihil apud eos qui Platonem ſequuntur inuenias, ſed hæc omnia religioni noſtræ, hoc eſt, veritati & iuſtitiæ amica & conſentanea. quod quidem q; hic vere a nobis dicatur non calũniæ / aut conuitia cuiuſpiã in Ariſtotelem, qualia Trapeȝuntij in Platonem, ſed quũ exempla innumerabilia indicant, tum ratio quę omni exemplo ſuperior eſt, quam hic libellus ſuo loco explicabit, demonſtrat. quibus de cauſis commoto mihi, quum Adamus, vir e noſtris & Latinæ & Græcæ linguæ peritiſſimus ſe nuper Ticino ad nos recepiſſet, retuliſſetq; ſermonem de comparatione Platonis atq; Ariſtotelis habitum inter duos viros doctiſſimos, Polycarpum noſtrum, & Calliſtum Placentinum Platonicæ Philoſophiæ laudatoreȝ ſectatoremq; eximium, placuit eum ſermonem, vt ex ore illius excepi, monumentis cõmendatum ad te mittere: qui quum Platoni ſemper vnice faueris, nihil tamen vnquam religione noſtra antiquius habuiſti: cuius etiam tuendæ augendæq; gratia, & in iſtam prouinciam Chriſtianiſſimam ab hoc Sanctiſſimo patre noſtro Paulo. I I I. Ponti. Maxi. maxima cum ſapientia es miſſus, & nuper ab eodeȝ in iſtud ampliſſimum Sanctiſſimumq; Cardinalium collegiũ aſſumptus. ſed ne te diutius teneã, iam Calliſtus loquatur, ſuamq; hac omni de re explicet ſententiam.

PERSONAE DIALOGI.

POLLICARPVS, CALLISTVS.



VAM opportune te nunc, Calliste doctissime, in hac vrbe conspicio: quæ literarum antiquitatisq; gloria, meo quidem iudicio, nulli cedit earum vrbiuz quæ clarissimæ habentur. CALL. & ego te, Polycarpe humanissime, quam libenter: qui nuper, credo, e Gallijs aduenisti. sed quæ tandem causa coegit te, vt Rodulfum tuum, virum adeo & Illustrem & omnium ætatuz memoria dignum, illic relinqueres, & Ticinense hoc Gymnasium reuiseres? qđ quidem mihi eo magis mirum videtur, qđ illum dignitate auctum audio: quippe quē hic pater Sanctissimus Paulus. III. hic inquam nostri sæculi clarissimus Sol, in collegiuz Cardinalium assumpserit. POLY. Ad breue, vt spero, tēpus reliqui, Calliste. ac ne reliqui quidem. qui enim illum possum, cuius mihi tam in memoria hæsit & nomen & dignitas? cæterum ingens desyderiū, & Italiæ, & huiusce Hectoris omnium patronoꝝ meoruz antiquissimi, a quo tam diu abesse non poteram, impulit me vt huc volarez. CALL. vbi vero nunc ille est? qui dum te domi habet, vna tecū hoc Augustini tēplum, vt audio, frequētare cōsueuit? num apud virum Illustrem fratrē suuz Ticinensem episcopum? POLY. Non est apud illū, qui paucis diebus ante, Romam, puto profectus est: sed in suo ocello rusticatur. suum enim ocellum vocat ille interdum prædium hoc qđ in Ticinēsi agro habet ab vrbe non procul. cuius amœnitatē tibi describerem, ni putarem tibi notam esse. CALL. nota

hæc mihi sunt, Polycarpe. sed quid tandē est, qđ me tam opportune offendisti: ne cuncteris diutius, si qd est quod me velis. instat enim mihi iter in crastinuȝ. POLY. quonam quæso te? dolet enim mihi istuc vehementer. quippe qui tecuȝ esse plures dies cogitarē. CALL. Placentiam scilicet: quo me & nostroꝝ instituta ac leges, & ipse in patriam amor, vocant. POLY. recte tu quidem in patriā. sed illud alterū sanè nolim. verum hoc planè incōmodi secum istiusmodi familiæ ferunt, cuiusmodi hæc tua est, inquam ex voto, vt audio, acciri assumiq; voluisti, vt nullas patiātur esse diuturnas amicitias. itaq; in illud crimen prorsus videntur incidere, qđ ab ijs qui de amicitia scribunt, damnari solet. dicunt enim similia esse hæc inter se, SOLEM TOLLERE DE MVNDO, ET AMICITIAM DE VITA. si quidem inter plures duobus, aut, ad summū, tribus, amicitia esse non potest. CALL. quum dicis amicitias, Polycarpe, nō sentis te fructus amicitiaꝝ dicere. verum amor erga Christū in nostri generis hominibus, tales amicitias non ille quidem tollit, vt dicis, quum in causa sit potius vt etiam inimicos si quos habemus diligamus, sed tamen consumit quodāmodo atqȝ instar incendij deuorat, vt plane extare non possint. cæterum de amicitia alias. nunc iam mihi explica illud apertius, propter quod tæ lætum esse mea præsentia dicebas. POLY. Nosti puto, Calliste optime, hæc sæcula eo genere hominū abundare, qui in Philosophia se unū Aristotelem sectari dicant. itaqȝ nusquam adhuc fui quin plures offenderim, quibus cum sermoneȝ facile conferre licuerit. quāquaȝ ex tam multis admodum paucos amabiles iucundosq; sim expertus, si de his loquare qui iaȝ nunc in eiusmodi studio consenue-

runt. est enim alterum genus recens eorum qui Graecas literas cum Latinis iungendas putant: cui generi quum plurimum faueam, nonduȝ accidisse video, vt in eo me notitiae/aut memoriae alicuius poeniteat. nam alterius illius generis plaeriq; non linguę ac sermonis modo, sed etiam mentis atq; animi barbaria quadam id Philosophiae genus qđ amplexi sunt, vel vltro vsq; adeo cōtaminatum habent, vt etiā si quid florum ex ea sapientia collegerint, id ego multitudine spinarum horrere soleam. nullo tamē in loco defuerunt, quoꝝ sermoni interesse voluerim: quum ex ijs qui se Platonicos dici gaudeāt, aut plane nullos, aut q̄ paucissimos vbiq; conspexeriȝ. sed nuper quū Mediolani in corona essem de more, ortaq; esset cōtētio de formis illis exemplaribus atq; aeternis, quas Plato constituere videtur, egoq; me sermonis gratia Platoni assentiri dixissem: quidam qui se in primis Aristotelicum videri volebat, ne a conuicijs quideȝ aduersum me abstinere potuit, tanta illum rabies inuasit, qđ Platonem magis probare sum visus. toleraui hominem iam cano capite. sed tanta me Philosophiae Platonicae perdiscendae cupiditas inuasit, quo facilius rabiosulos istos nonnunq̄ possim ad vęhementiorem latratum impellere, risumq; ex ea re maiorem ipse interim concipere, vt nihil mihi potius faciendū esse iudicauerim, q̄ vt Platonicum aliquem conuenireȝ, cuius sermone disciplinae illius peritior fierem. itaq; factum est, Dei puto illius benignitate quem omnis boni authorem ac potius fonteȝ Plato quoq; agnoscere videtur, vt tu primus occurreres: quippe cui aetate nostra principatum in eo genere sapientiae ab omnibus vno ore deferri audiam. opto igitur, nisi vęhementer grauaris, a te mihi, & breui

quadã & perspicua oratione tradi ea in quibus Aristoteles a Platone magistro dissentit. frustra enim ego arbitror conari, si q sunt, qui illos in omnibus prorsus idẽ sentire contendant. an mihi persuadeat quispiam in ijs quæ ad formas illas & species sempiternas attinent, nullam esse inter illos discordiam, quũ vix vllus sit locus in quo Aristoteles, si modo vel minima detur occasio, nõ eas conetur pro viribus non modo ex animis hominum delere, sed etiã de rebus penitus tollere? atq; adeo mihi primũ hoc quæso expediri, qua causa impulsus Aristoteles, quũ alias Platonis sententias multas oppugnet libenter, nulli tamen vehementius aduersetur, quã ei quæ exẽplaria illa æterna constituit: tum quibus argumẽtis ea esse demonstrent Platonici. nã ita sum argumẽtis Aristotelicis circũuentus, vt vix putem fieri posse vt quispiam ea esse mihi persuadeat. cupio ergo ex te audire quid tandem ad illa respondere consueueritis. CALL. vtinam ille sim, Polycarpe, quẽ dixisti. sed vereor ne & tibi & alijs omnibus, qui me talẽ prędicant, si modo prædicant, amor quidã & animus, vt sit, in hanc partẽ q̃ in illam propensior imposuerit. sunt enim multi ac prope innumerabiles, præsertim in hac ipsa familia nostra, quæ quum ab Augustino profecta sit, regularis etiam Græco nomine appellatur, quibus ego facile in disciplina Platonica concesserim. eorũ vero qui nullum huiusmodi vitæ genus secuti sunt, Corbetto tuo in primis. quẽ tu vero omnibus Platonicis anteferre debueras, ad quem te nõ confugisse Mediolani quum esses vehemẽter miror. ille enim ex Græcoꝝ fontibus tantos Platonicæ sapientiæ haustus tibi aspersisset, vt facile sensurus fueris omnem hanc tuam sitim extinctã. POLY. cõfu-

gissem, Calliste, ni ille reip. negocijs implicitus, nunc Mediolano abesse cogeretur. CALL. Age igitur qn̄ ita vis, geram tibi moré, ne de omni omnino spe tibi decidisse videaris, vtq; me audaciæ potius atq; impudentiæ cuiusdam accuses, dum tam arduis obscurisq; rebus imiscere me audeo, q̄; rusticitatis ac pertinaciæ, si tibi tam vehementer id flagitanti non obsequar. Nō est igitur, Polycarpe, qđ dubites eas esse species quas Plato Ideas vocat. sunt enim ille. sed Aristoteles quum earum rerū quæ ad sensus nostros pertinent, ortum ipsæ & interitum sentientes, ipsius ortus causam/tum gignenti alicui in eodem genere/tum etiam soli ipsi assignasset: sempiternis autem quāuis illas nostri sensus attingant, nullum prorsus authorem dedisset, cui id qđ existunt ac sunt acceptum referant: neq; easdé ab eiusmodi formis motum accipere arbitraret: vt in sententia maneret, sibiq; ipsi constaret, eas tollere formas cogebatur. si quidē eas omnino censebat inutiles, quæ neq; motum vllum corporibus sempiternis afferrent, neq; mortalibus & caducis nascendi crescēdi ue essent authores. qui tamē Philosophus ne Deo quidem illi antiquissimo & supremo, (quod interpretes nonnulli ostendere conati sunt,) tribuere potest hanc causam, vt ab illo sempiterna omnia quæ ad sensum pertinent, id ipsum habeant qđ existūt ac sunt: quando non vnum illum omnis cœlestis motus authoré constituit, sed orbium singulorum singulos. si ergo velit sibi ipsi consentanea dicere aut nullum dicat necesse est sempiternorum rerū quas sensus attingit patrem ac propagatorem: aut si omnino aliquem, totidem plane existendi, quot mouēdi constituat. cur enim huius vnum, illius aūt plures? sed si hoc extremū ausit dicere, continuo formis

De Ideis.

illis exéplaribus saltem in hac parte manus dare cogat. non enim illi existédi authores ac patres quidq; vsquequaq; dissimile sibi ipsis progignent, sed quod plané aliquam progignentis ferat imaginé. quod ipsum in ideæ rationem incurrat necesse est. apparet ergo perspicue Aristotelis hanc oportere esse sententiam, vt nulla sit ratio siue causa quæ effecerit res & sempiternas, & ad sensum pertinentes: verum eius generis omnia temere ac nullo prsus authore extitisse, certum quendam finem dũtaxat spectantia dum mouentur: quum Plato summum illum principem Deũ omnis tam intelligibilis atq; a sensu materiaq; seiunctæ naturæ, quam eius quæ ad sensum pertinet, opificé authoremq; plané constituat. hic igitur cardo est, hic fons: hic, vt dicũt Rhetores, omnis inter Platonem atq; Aristotelé controuersiæ status. alter factũ esse mundum docet, alter non factũ esse contédit. si factum Aristoteles vllo modo fateretur, nunq; illas æternas rationes facientis vitare posset. POLY. video quid dicas: nolle. vz. Aristotelez, quidq; qđ sempiternum sit, quãuis percipi aliquo sensu possit, vllo causæ efficientis genere indigere: qđ tamé velle illuz quidaz ex ijs qui cómentaria in illum ediderint, ostédere conati sint. verũ si Platonici quoq; sempiternũ id fatétur esse qđ semper fuerit, qui fieri potest vt idé factum esse demóstrent? CALL. factum eo modo dicũt, quo imagines atq; vmbras fieri a corporibus cernimus. sed festinas Polycarpe. veniam ego huc quoq;, quo me ante tempus vocas, quum erit tépus. nunc autem qđ de idæis superest accipe. rogasti me puto, vt tibi quibus arguméntis Platonici eas esse cóuincant, explicaré. POLY. Id quidé certe. CALL. audi igitur. dum tamen scias, me nullum hic meum

inuentuȝ prolaturũ,sed quidquid dicam e libris Platonicoꝝ tanq̃ȝ e fonte quodam hausturũ. Cæterum erit fortasse cõmodius, prius quid intelligant,quum ideam dicunt,planuȝ facere,q̃ȝ quod ideæ sint re uera,conuincere. quanq̃ȝ igitur omne opus Platonici affirment ante esse / ac longe quideȝ perfectius in artificis prouidẽtia / q̃ȝ vsquã alibi,non tamẽ rerũ artificialiuȝ illis placet esse ideas,vt domus aut nauigij, sicut nec eorum quæ præter naturã eueniunt, vt grauedinis,tabis & similium: nec rerum singularum,vt Platonis aut Socratis: nec vilium,vt surculi,paleæ, squalloris: nec eorum quæ ad aliquid referuntur,vt maioris aut minoris.quãquã eadeȝ hæc cuncta paulo post nobis multo diligentius repetenda sunt. nũc ad institutum nostruȝ redeamus.Idea igitur,quidqd est, si consyderetur quatenus ad Deum ipsum pertinet,nihil est aliud quam ipsius Dei intelligentia ęterna atqȝ perfecta.ut uero ad nos, id primuȝ qđ ad intelligentiam nostram uenire potest.sinautẽ ad materiam referatur,erit mensura.qđ si ad hunc mundum sensibus nostris patentem,erit Idea exemplar.qđ si ꝑ seipsam exquiratur quid sit,eadeȝ erit essentia.placet enim hoc potius vti vocabulo, q̃ȝ altero qđ est substantia.itaqȝ hoc modo Ideam definiunt: reruȝ quæ natura constant,exemplar æternum. esse auteȝ Ideas hoc modo demonstrant.aut Deus est mens quædam atqȝ intelligentia,aut quidpiam quod uim intelligẽdi habeat. quoꝝ alterutrum si fatearis,sensa illi esse, eaq̃ȝ æterna atqȝ immutabilia,fatearis necesse est,nisi velis hæc omnia in diuinam menteȝ venire extrinsecus,ac Deum quendam alieni operis contẽplatorem statuere. iam ergo hac ratione formæ quædam rerũ æternæ non esse non possunt. quas in Deo ita putare

Idea qđ sit.

esse inanes, vt in statuarij cuiuspiam animo, statuas, nulli rationi consentaneum est. quæ enim in seipsis muta & vitæ expertia sunt, apud Deũ & rationem & vitam habeant necesse est. vita enim ille est & ratio. & quemadmodum e fonte præter aquam nihil vnq̃ deriuaueris, sic e uita & ratione prorsus nihil prẹter vitam & rationẽ. quæ vero ipsi nouimus & vitæ & rationis expertia, ea simulachra sunt alioꝝ & imagines. qđ si materia dum simplex nudaq; intelligitur, & ex sua ipsius ratione in notitiã venit, nullis neq; mensuris neq; terminis coërcetur, quomodo eas mẽsuras eosq; terminos a se ipsa accipiet, quum in seipsa talium rerũ nihil possideat: superest ergo vt a præstantiore quodã & qđ extra ipsam sit penitus, id accipiat. quod si detur, necessario erunt Ideæ, mensurę quædam omnis materiæ expertes in materiã veniẽtes eamq; coercentes. præterea si hic mundus non casu neq; temere & sua quadam sponte extitit, non solum materiã habebit ex qua constet, sed etiam authorem vnde hanc formam acceperit. qui sanè author si non extra se ipsum intuetur qd agat, sed ex sua ipsius sapientia potius omne profert exemplar, fieri nõ poterit, quin ita Ideas esse fatearis, vt materiã fatearis. atq; hic vides q̃ iniquus, quãq; iniustus sit, quamq; ignobilem quãdã Philosophiã inducat, qui ita mũdum semper fuisse cotẽdit, vt opificiũ eius Deo illi supremo vniuersiq; huius regi ac domino denegare ausit, eundemq; quasi operarium quẽdam ac baiulũ, alieni operis impulsorem constituat. POLY. non alieni, Calliste, si, vt quidam volunt, suum ipse cœlũ non solum mouet, sed etiã informat. qũo autẽ informatum opus non suæ formę opus dicatur? CALL. dicunt istud quidem illi, Polycarpe, sed ipse idẽ non

dicit


dicit Aristoteles. sui homines torquent interpretes, coguntq; ea dicere quę ne somnians quidē ille vnq̃ sibi ipsi persuasit. sed concedamus. nonne idem cēset animā quoq; esse vniuscuiusq; animati corporis formam? quis tamē ausit dicere se esse suæ animæ opus? ego quidem meum corpus dicam, & meam animam: itemq; animæ meæ corpus, si ita videtur, & contra, mei corporis animam: vt sic vnaquæq; anima suum habeat corpus. nunq̃ tamē dixerim vllū corpus esse suæ animæ opus: sed totum hoc quod ex anima constat & corpore, alterius cuiusdam opificis esse vel opificium vel opus. quare si Deum, cœli sui formam esse vsq̃ vult Aristoteles, sanè idem dicere poterit a suo Deo moueri suum cœlum, suū autem opus nequaq̃. & cuius tandē hoc erit opus qđ ex Deo forma cōstat & hoc cœlesti corpore? ita uides quem exitum uanissima opinio sortiatur. Sed, vt eo reuertar vnde tu me abduxisti, si Aristoteles mundum hunc Deo tanquam suum vel opificium vel opus tribuendum putauit, neutiq; satis recte suā Philosophiam instituit: quippe qui omnium quæcunq; Deo tribui possunt maximū atq; admirabilissimum silentio prætererit: qđ autem multo leuius sit, multoq; minori pretio æstimandū, tam magnifice, tantaq; verborum atq; argumentorum copia expolierit. Cæterum ostendam tibi, ne sensisse quidē hoc vnq̃ Aristotelem: primū ex eo, qđ nullo modo credibile est, eum qui in omnibus suis libris tā accurate tamq; vltra modū de ostreis, de vmbilicis, de fœtu vteroq; feminarum, disputarit, hac de re, qua nihil vnq̃ neq; magnificentius neq; illustrius philosophia omnis inuenit, taciturum fuisse. deinde qđ eos repræhendens qui mundi huius ortū vllum esse opinentur, quo sanè in loco nulla est disputatio de tem-

pore,nulla mentio,sed de causa tantum, absurdum,
„ inquit,est,ac potius eorũ vnum quæ fieri nullo mo
„ do possunt,rerum sempiternarum aliquem ortuʒ fa-
„ cere.quibus verbis aperte significat,se ortum ex cau-
sa antecedente ab ortu/siue ex tempore/siue ad tem-
pus non distinguere. qđ ipsum facere Platoneʒ dubi
tare non possumus: qui quum de anima loquens in
Phædro ortã esse dicat,qđ ipsum de sua causa intel-
ligi necesse est,in Timæo rursus eandem ortu carere
affirmat: qđ de tempore sine vlla dubitatione est ac-
cipiendũ.ita hic iam nunc habes,qua ratione Plato-
nici,quæ sempiterna fatentur eadeʒ orta esse dicant.
Cæteꝝ Aristotelica ista sententia hoc ipso deterior
est,qđ ne vnum quidem illum Deuʒ,qui maximus di
citur,ad mouẽda/siue vt tu dicis,informãda omnia
idoneum censet, verũ illi socios mouendi siue infor
mandi alios quosdam Deos adiungit.nam quum or
bes cœlestes etiam ipso docente Aristotele, sint eius-
dem inter se naturę omnes,nulli neq; solutioni neq;
interitui obnoxij,& tam ipsi q̃ ipsoꝝ motus æterni,
sequebatur vt quibus Dijs assignati essent hi orbes
ad mouenduʒ,eiusdem inter se item naturæ cunctos
esse oporteret,si distributioneʒ hanc atq; assignatio-
nem iustam & proportionis ratione constantem esse
volebat: ac tanto dũtaxat supremum illum Deuʒ cæ
teris antecellere,quanto supremus orbis reliquis qui
intra illuʒ continentur antecellit: qua quidẽ ratione
Romanũ Pontificem hoc tempore cæteraruʒ vrbiũ
põtificibus/reliqsq; sacerdotibus anteponere cõsue-
uimus,non nos quidẽ illum ex hominũ aut sacerdo
tum numero eximentes,sed quũ cæteris suum singil-
latim sacerdotiũ tribuerimus,illi maximum atq; am
plissimũ tribuentes. quod ipsum quam supremo illi

Deo conueniat, ipse viderit. certe ne Arabicus quidé Auicenna ille tantæ apud medicos authoritatis vir, illud aduersus Deum peccatum ignorasse uidetur: q quum cęteris illis ab omni materia seiunctis mentibus, aut orbé aliquem singulis, aut astrum assignauerit, hunc vnum e numero dũtaxat eximens, supremũ quidé omnium constituit, verum neq; orbem illi seorsum, neq; astrum vllum assignauit. quomodo autem hic laudare Deum poterit, qui e tot causaruʒ generibus, nullum illi concedat, vt Deo par est? non rationem efficienté, non formã, non finem? nam de forma ipse viderit, si modo, vt tu dicis, cœli formã Deũ ita esse vult vt ex vtroq; vnum quiddam existat. de fine autem quis tam hebes quin intelligat, si neqʒ essentiæ neqʒ naturæ singularuʒ rerum, sed motus dũtaxat finem esse Deum vult, neutiq; illi maiestati talé finé cõuenire? Sed redeo ad formas. nam alia quoq; ratione Ideas esse conantur ostendere, si intelligétia, inquiunt, ab opinione, quãuis vera, differt; etiam id qꝺ ad intelligentiã pertinet, cum eo qꝺ in opinione positũ est, differt. intelligimus enim quæ certa sunt, opinamur auté quæ incerta & mutabilia, quæq; sensus nostros fallere possunt. sunt igitur diuersa quæ intelligimus ab ijs quæ opinamur. quare quéadmodum ad sensum pertinentia quædam prima sunt, ita erunt etiam prima quædaʒ ad intelligentiã. hæc porro esse quas Ideas vocamus fateri nos omnis cogit necessitas. sed quis tádé eas cernere potest? quis mortalium altius sitas intueri? nempe non is qui oculum animi obrutum atq; obcæcatuʒ vitioꝝ sordibus habeat: sed qui mentis puritatem assidua exercitatione virtutum sit adeptus. POLY. vix credas, Calliste, quam sim omni oratione tua delinitus. iamq; prope

modum istas Platonicorum species mihi cernere videor. sed velim tamen a te aliquanto distinctius Aristotelicis argumentis respóderi: vt possim confidentius istos irridere, qui philosopho⁊ veterum libros a nullis mortalibus intelligi posse iactant, nisi ab ijs qui plane sine omni vtriusq; linguæ cognitione omne tépus aut in scholis illis suis litigiosis, aut in omni sorde omniq; barbarie refertis libris lectitandis consumpserunt. CALL. an non legisti, Polycarpe, quid de hoc genere hominum Cicero tuus & sentiat & loquatur? POLY. legi & alibi & in Tusculanis quæstionibus, esse quosdam qui suos libros ipsi legant cum suis dútaxat, & si qui præterea sint, qui eandem licentiam scribendi sibi permitti uelint. CAL. nó hoc dico, Polycarpe. POLY. quid igitur, quęso te? CAL. In libris de Diuinatione legitur hoc qđ dico, ni fallor. POLY. quid tandem? CAL. de Democrito sermo est, puto. POLY. nunc memini, Calliste. nempe Physico hominum genere nullum esse genus arrogantius. CAL. istuc ipsum. cæterum vt tibi honesta flagitanti gratificer, conabor ego quidē nunc ea tibi referre, quæ, vt nuper dicebam, neutiq̄ inueni ipse, sed in libris Platonicorum lecta memoriæ cómendaui. attamē, si viciffim mihi rem gratissimá facere cupis, rogo te, ne hęc vnq̄ in vulgus istorú quos paulo ante memorauimus, efferas. satis erit si hæc tuis istis heroibus Rodulfo & Hectori impertias: quibus viris nihil non modo illustrius, sed ne elegantius quidem/aut doctius orbis habet terrarū. quod si in Gallias tuas reuertaris, Budæo etiã & Fabro, & si q suut Budæo Fabroq; similes ne inuideas licet: quo⁊ sanè iá & in Gallia & in Germania haud exiguum numerú offendere poteris, Non repræhen-

dunt ergo Platonici Aristotelem quasi eum qui ipse fallatur dum Platoni resistit, quem non ignorāt eorum omniū qui a Socrate & Platone profecti sunt callidissimum: sed de homine conqueruntur, qui nescit vsq̄; philosophari, nisi de eius doctrina nominatim detrahat, quo dictitante ac docente, oēm ipse & doctrinam & sapientiā est adeptus, non ille quidem hoc Platonis exemplo faciens, qui Socrati magistro omnem suam tribuit philosophiā, quiq; non omnes omnino sine vllo discrimine superiores damnat, sed alijs quidem aduersatur, alios autē se ingenue sequi profitetur, quum ille si quos reprehendit, nullius nomini parcat, si quorū inuentis vtitur, omnium nomina occultet, vt sic aliena tutius vsurpet pro suis: qui sanè mos valde est a sapientissimi cuiusq; moribus alienus. quē tamen sic quoq; laturi facile viderētur, si non cōmodi sui causa vel ad calūnias verteretur plerūq;. quis enim illi concedat, q̄d in conclusione omnium librorū quos de ratione differendi conscripsit, ipse sibi tribuit vniuersum? gloriatur enim illius artificij apud superiores non partem quidem fuisse, partem non fuisse, sed omnino nihil fuisse. quum tamen & Archytæ scripta ad idem artificium pertinētia etiam tum extarent, quorū ipse nonnulla vsurpat, & Plato prior eiusdē artis principia tradidisset, eademq; arte ipse in omnibus libris & scriptis suis euidentissime vsus esset, artemq; & rationem differendi vocasset, non tanq̄ eam quæ nondum extitisset inuēta ue esset, sed qua planè omnes vterentur. Cæterū vt illuc veniam quo me reuocas, ne illud quidem vacare calūnia intelligunt, q̄d ab illo dictum est: post Socratem primū extitisse qui sermonē de Ideis in scholas Philosophorū introduxerint, vnum sic Platonē



notans.vȝ.apparet eniȝ pſpicue Pythagoreos quoqȝ ante Platonem eandeȝ rationé ſecutos: vt ex Timæi locui libello facile diſcere poſſumus: qui cœluȝ hoc ex intelligibili exemplo deducens, alterius mundi, q̃ Ideæ vocabulo ſignificetur, ſimulachruȝ conſtituit. Alibi item quuȝ Platonici formas illas ſempiternas eodé dűtaxat, quo hæc ſubiecta ſenſibus, nomine appellari affirment, natura vero longe inter ſe diuerſa conſtare, ipſe violentiaȝ quandá afferens non modo his illas cognomines/ſed etiaȝ cognatas demőſtrat.
„ non eniȝ, inquit, propterea inter ſe cognata nó erűt,
(permitte mihi cognata ea dicere, quæ Philoſophi
„ vocant vniuoca.) quod illa quidem ſint ſempiterna,
„ hæc auté ſolutioni interituiq; obnoxia. nam & lógi
„ téporis candoré, inquit, vnius diei cãdori nihilomi-
„ nus haberi cognatuȝ opȝ, hoc eſt, & nomine & rei ipſius genere conuenienté. at Platonici calűniari ſcientem hoc loco affirmant Ariſtotelé. neqȝ enim nó videbat ille ſi vnius diei candor, longi téporis candori & nomine & definitione conueniret, non tamé cőfici ex eo, vt quæ immortali natura conſtant, ijs iteȝ quæ ab ortu ad interitű quantuȝ in ipſis eſt, tédunt, vlla cómunione naturæ iungerentur. ná priora illa quidquid ſunt, æque finita vtraqȝ terminataq; ſunt, ac ꝓpterea etiam proportione cőparabilia. horű aűt quuȝ altera terminis careant quibus vel exiſtant vel ſint, altera intra ſuos términos cohibeátur, ſit ex eo vt nulla vnq̃ ſibi proportione reſpődere poſſint. q̃ ergo neceſſitas cogit nos fateri, id qð in illis prioribus accidat, in his item accidere? non ſeruat hic ipſe Ariſtoteles eas demonſtrandi leges, quas alijs obſeruandas pſcripſit. POLY. audio, Calliſte. ſed ſi Platonici quoqȝ mundum hunc carere initio temporis

volunt, quomodo non erit suo exemplari comparabilis? qđ si comparabilis, cur non eiusdem rationis? CALL. disces paulo post, nihil qđ sensibus subiectũ sit, habere immortalitatem a seipso. cæterũ quid ad nos, si ipse Aristoteles vt nos væhementius redarguat, concedit nobis mortalitatem? attende igit̃ quę sequũtur. nam dicunt hoc plane nostri, formas quidé esse rebus sensum habẽtibus cognomines, at nullo modo cognatas. idq; ita esse necessario ex suis ipsorum principijs euidenter ostendunt. intelligibilia enim illa, horum sensibilium quasi simulachrorum & imaginum suaꝝ exemplaria constituunt. imagines autẽ suo exemplari quis cognatam affirmare ausit? nisi forte etiã illud velis, Herculis aut Alexandri statuam eiusdẽ esse naturæ, cuius Herculem & Alexandrum. Sed quid ait Aristoteles vt hæc exẽplaria Platonica funditus euertat? ex ijs, inquit, quæ dicunt de » ratione sciendi conficitur vt formæ sint earum rerũ » omnium, quaꝝ sit aliqua scientia: & ex eo qđ vnum » in multis dicitur, negationũ quoq;. qua vero intelli » gimus quidpiam, eo dissoluto etiam dissolubilium. » POLY. nunc memini, Calliste, a me hæc apud Aristotelẽ sępe & lecta & audita: semper tamen æque ab auditione atq; a lectione incertũ abijsse. nunc si tu id potes qđ nemo ex istis qui publice se Aristotelicos profitentur, potuit, vt nullus mihi scrupulus superesit, efficere, tum tu id facile obtinueris, ut non modo ea quæ Platonicoꝝ sunt propria discere, sed etiã Platonicus fieri, si modo possim, & isti sectæ me prorsus addicere, cupiam. CALL. conabor Polycarpe. sed opus prius exponere, quid ij dicant, quibus Ideas esse placet, tum ijs quæ ab Aristotele obscurius sunt dicta, eam quam quæris, lucem inferre. Dicunt igitur

ab animo vbi rationes rerũ sensibus subiectaruʒ ita pceptæ sunt, vt eas scientia sua contineat, tum in eo-deʒ animo multo exquisitius ac perfectius eas rationes se habere q̃ in rebus habent sensum ipsis habentibus. Atqui ipsum hoc exquisitius ac perfectius ne utiq̃, inquiũt, animus accipere ab huiusmodi rebus potest, quando illud in seipsis illę non habet. sed nec animus ex se ipso potest qđ nusquã sit concipere. nã nec opiniones mendaces ijs de rebus haberi quę nõ sint. verum tum & falli & falsa opinari animum, quũ ea quæ sunt vsq̃ non inter se recte coniungit. superesse ergo vt ab alia quadam longe præstantiore ac perfectiore natura, hoc, quod dicunt, perfectius eaꝝ rationum quibus res subiectæ sensibus constant, in
„ animuʒ veniat. aduersus hæc Aristoteles, si ex ratio-
„ nibus quæ scientiã aliquam conficiunt, tanq̃ ijs quę
„ absolutiores sint illis ipsis quæ rebus ad sensuʒ per-
„ tinẽtibus adherent, formas esse oportet, erunt, inqt,
„ formæ omniũ rerum quarũ sit aliqua scientia. ex in-
„ tellectu vero alicuius rei, quæ iaʒ interierit, si modo
„ animus qđ nusq̃ sit intelligere nequit, erunt etiã re-
„ rum dissolubiliũ singulaꝝ singulæ species. reliquum vero quod idem Aristo. ait, & ex eo qđ vnuʒ in multis dicitur, negationum quoqʒ, sane sensum hunc ha
„ bet. aiunt qui Ideas esse contendunt, si multę sint res in quibus aliquid depræhendatur qđ vnum sit atqʒ idem, ijs ipsis hoc vnum atqʒ idem neutiq̃ temere aut casu solere cõtingere. quinetiã fieri nullo modo posse/vt fortuito quodam euentu quælibet res/aut semper/aut sępius simili ratione disponantur. proinde si qua sint, quæ vnum aliqđ non aduentitium genus sed innatũ, & vt dicitur, per se, obtineant, ijs vnũ quidpiã seiunctum atqʒ eximium necessario præesse

oportere, a quo ipsa, quum plura sint, illud vnũ atq; idem accipiant. aduersus hoc Aristoteles, & ex eo, in- „ quit, qđ vnũ in multis dicitur, negationũ quoq;. nam „ si vnũ quidpiã eximiũ multis hominibus ꝑesse opꝫ, qđ ipsis eam rõnẽ qua hoĩes sunt, præbeat, oportebit item oĩbus quæ sunt extra genus humanũ, vnũ quidpiã præficere, qđ illis eam qua nõ hoĩes sunt, largiatur. si quidẽ non minus ea ratio, siue quo alio nomine dicẽda sit, qua hæc tam multa nõ hoĩes sunt, vnum quidpiã est in ipsis, q̃ ea qua hoĩes eo ipso noĩe sunt, in hominibus hæc Aristoteles. ego vero quales & cuiusmodi esse Ideas velint, qui earꝫ patroni sunt, & quo pacto se hr̃e quum exposuero, tum aduersus ea q̃ obijcit Aristoteles, dicere aggrediar. sic enim facilius apparebit viri callidissimi argumẽta partim calũnijs similia esse, partim nõ id cõficere qđ dicit. Nostri igit̃ qui Ideas in rebus ponũt, huiusce cœli opificem & authorem Deũ illũ optimum atq; maximum non per se omnino simplr̃q; cõstituunt, sed alterius cuiusdã naturæ atq; essentiæ prius, q̃ & ipsi illi maiore cognatione iũgatur, & quũ sempiterna sit, semp eadem similiq; rõne se habeat. cœli vero huius eũdẽ architectum fabricatorẽq; non p seipsum vtiq; sed per illam/siue essentiam/siue naturã. tum eam ipsam naturã in vnum intelligibilẽ mundũ quasi coagmentatã & confictã intelligunt: quẽ Timæus Locrus Idanicũ vocat, vt si tu diceres exẽplarem. hunc ex omnibus omniũ generum formis, quas ẽt mentes vocare possumus, vnum eũdemq; intelligibilẽ cõstruentes, menti cuidã perfectissimæ atq; absolutissimæ, tanq̃ ꝑfecto ac regi moderatoriq; suo subijciũt: cui post summũ illũ oĩs boni authorẽ & fontẽ Deũ, secũdas in principatu imperioq; vniuersi partes assignãt. hanc mentẽ illo p seip

ſuum intelligibili mundo exéplari vſaȝ, cœlũ hoc ſenſibus noſtris patens fabricatã eſſe. vbi vides parum abeſſe, quin eadẽ quæ de filio Dei & verbo & cõſtructione vniuerſi a Chriſtianis dicũtur, etiã Platonici ſentiãt. nã ſi illũ quoq; intelligibilẽ mũduȝ per eandem mentẽ a ſũmo Deo effectũ dixiſſent, neq; ſecundas in impio/ſed ę quales illi partes tribuiſſent, nihil ab eo qđ in ſacris Chriſtianoꝝ libris cõtinet̃ diſcrepaſſent. Mundũ igit̃ hunc ſenſibus ſubiectũ, alterius intelligibilis ſimulachrũ atq; imaginẽ eſſe aiunt, nihilq; planè taȝ in vniuerſo q̃ in partibus nõ ab illo altero hr̃e, eoꝝ quæ cauſis ſuis indigeant. cauſis porro indigere oĩa quæ in rebus ſint, quæq; fiant. priuationes aũt & fruſtationes, & quidqđ deniq; in id recidit qđ nuſq̃ eſt, nullã omnino cãm poſtulare, ac potius q̃ eiuſmodi ſunt, defectione cauſę cũcta euenire. neq; itẽ negationes. nã qđ ea cã deſit, qua effici t̃ contraria affirmatio, ex eo vno orit̃ negatio. eoꝝ vero q̃ ꝑter ꝑpoſitũ hic ſolent exiſtere, nullam prorſus illic cãm hr̃i. qñquideȝ talia pluriũ cauſaꝝ concurſu, hic euenire demõſtrant, quaꝝ vnaquæqȝ illuc referatur. neqȝ vero vnã aliquã fortuitaꝝ accidentiumq; rerũ cãm illic intelligi poſſe. ſed nec eoꝝ quæ ad infinitatem aliquã pertinẽt, priuatim propriã dũtaxat vllaȝ illic inueniri cãm. omniũ eniȝ quæ hic infinita habẽtur, vnicã illic formã eſſe, q̃ cauſæ officio fungatur. nã infinitatis eius q̃ ad quãtitatẽ refertur, oĩno quæ illic ſunt expertia eſſe. quin etiã ſummũ illum Deum quẽ ſupra oẽm eſſentiaȝ collocant, ab omni prorſus multitudine abhorrere. vnum quippe illuȝ eſſe rõne exq̃ſitiſſima. at illi intelligibili mũdo ſuaȝ quidẽ iaȝ hærere multitudinẽ, verũ finitaȝ & quę nullo modo infinita dici poſſit, ſiue id ui quadã latẽte, ſiue re ipſa

actuq; intelligas. hunc aũt sensibus patentẽ mundũ planè ad infinitatẽ iam tum, vt captus est ipsius, pertinere pp materiã, cui primaria quadã ratione infinitũ quiddã adhæret. At vero si quæras vnde infinitũ hoc materia ipsa traxerit, fatebor equidẽ non aliũde q̃ illinc, non tñ illic quoq; infinitam esse: qñ ne irrationalium quidẽ mutarũq; rerũ, quæ hic habent, forma illic irrationalis vlla agnoscitur: tametsi naturarũ quas essentias appellamus, & eo℞ q̃ per se ijsdẽ naturis adhærent, & ea℞ affinitatũ quæ vocari habitudines solent, illic & species & exẽpla esse dicimus. habitudinũ quidẽ ppterea qđ ne illa quidem suis habitudinibus inter se atq; affinitatibus carent. ex quo fieri vt habitudinũ illa℞, has alteras imagines & simulachra esse oporteat. quãq; nolim te, rerũ ipsarũ q̃ ad aliqd referũtur, quatenus referũtur, esse formas seorsum vllas suspicari. eo℞ autẽ quæ per se naturis adiuncta sunt planè esse species dicimus, qđ non sine suis adiũctis atq; attributis illa quoq; supiora intelligãtur. nã in illo qđ & vnum & supra oẽm naturã intelligi diximus, tanq̃ in eo qđ summe sit vnũ, neq; essentiã, neq; adiunctũ essentiæ, neq; auctũ, neq; agẽdi siue efficiendi vim discerni. in formis autẽ illis ac mẽtibus de quibus loqmur, tanq̃ ijs quę illi summo æquari non possint, essentiæ quidẽ adiuncta ab ipsa essentia distingui, efficiendi aũt viꝫ ab efficientia siue actu nequaq̃. at i his q̃ hic habent naturis, ad illã superiorẽ distinctionẽ, hanc alteram item accedere. ita sequi, vt quæ illic intelligimus, mediũ quẽdam locũ obtinere videãtur, inter illud vnum, qđ supra omnẽ naturam siue essentiã est, & quæ hic sensibilia appellamus. Exposui tibi, Polycarpe, res obscurissimas q̃ planissimè quamq; breuissime potui. reliquũ iaꝫ est,

vt ad ea quæ ab Aristotele obiecta sunt, respondea-
,, mus, ex ijs, inquit, quæ dicunt de ratione sciendi, có-
,, ficitur, vt formæ sint earum rerum omnium, quaruȝ
sit aliqua scia. hoc Platonici nó inficiabunt, siue eaꝝ
reꝝ sit scia, quæ semꝑ sunt per seipsas, siue earuȝ quæ
alijs per se ipsas adhærent, non tñ omniuȝ similiter:
sed eoꝝ quæ hic in genera finita diuidũtur singulas
esse in singulis generibus formas: eoꝝ aũt quæ in in-
finitũ quiddam recidere nouimus, vnam dũtaxat in
oibus. qđ ipsum iam tibi cuiusmodi sit, exéplo euidé
tius ostédaȝ. quãq; enim hic noster numerus abire in
infinitũ potest, non tñ numeroꝝ illic infinitas poni-
mus formas, sed vnam dũtaxat quæ quuȝ singularis
sit, tum oia quæcũqȝ distinctæ ac per se huic nostro
numero attribuunt, cóprehendat. eadé ratio est eoꝝ
quæ ad has nostras magnitudines diméfionesq; ac-
cidunt. vnicá quippe illic magnitudinis atqȝ indiui-
duam formá intelligunt. harũ porro formaruȝ hoc
esse officiũ, vt animos nostros illuminent, quo & nu
meros mathematicos, & magnitudines explicatius
possint percipere. hæc aũt mathematica, vmbras esse
& simulachra intelligibiliuȝ. illaq; ab his ita referri,
vt ab his simulachris atqȝ vmbris, quæ in aqua con
spiciũtur, ipsa sensibilia. item quæ opera manu con-
fici solent ab hominibus, ea singillatim in illa homi
nis specie quá illic intelligũt, omnia cópræhendi. vñ
opifices oés alia alios ui captuq; métis percipere. ita
prius singula instrumentorum genera in suis animis
cogitatione ipsa informare, deinde rebus ipsis quæ
ad sensum pertinent, manũ artificem admouere. eoꝝ
aũt quæ fortuita dicũtur/neqȝ per seipsa, sed præter
propositũ eueniunt si forte vlla scientia existit, qñ ea
pluriũ causaꝝ concursu suum exitũ sortiunt, quaruȝ

vnam quãuis illuc referri iam diximus, animum no strum illinc itẽ accepto lumine, eiusmodi scientia; & cognitione; adipisci. hæc aduersus ea quæ de multiplici rõne sciendi obijcit Aristoteles. ad illud vero » qđ ait: & ex eo qđ vnum in multis dicitur, negationũ quoq; nihil necessariũ confici rñdebunt. quibuscũq; enim illa hominis species seipsam impertiuerit, his ut hoĩes sint eam causam fore, quibus aute; nõ se impertiuerit, ea huiuscemodi causæ defectione, oĩa prorsus relinqui in diuerso genere, vt nõ hoĩes sint. qđ autem ait: qua vero intelligimus quidpiã, eo dis» soluto, etiam dissolubiliũ: ex eo nequaq̃ sequi facile » demonstrant, vt multiplicandæ sint species. vnam quippe illam quæ oĩbus in eodẽ genere dissolubilibus præest, non minus satis esse dissoluto vno quouis eoꝝ quæ quotidie intereunt, ad renouandam in animis de eo ipso cogitantiũ quidpiã, eiusde; ipsius imaginẽ, q̃; ad vnum qđuis nondũ existens, nũc demum in lucẽ producendũ. hæc sanè & eiusdem generis alia Platonici aduersus ea quæ ab Aristotele obiecta sunt, proferent, in quibus nihil planè nõ suæ ipsoꝝ doctrinæ consentaneũ, nihil a suis ipsorum elementis atq; principijs discrepans enũciabunt. sed ad alia deinceps quæ alicuius momenti sint, nunc iam transeamus. item euenit, inquit, vt non primus sit bi» narius, sed numerus. at enim, inquiunt, qd tande; im» pediat numerũ illum vnicũ & exemplarẽ, ita ipso ẽt binario antiquiorẽ esse, vt ipsum binarium solemus huic numero nostro qui & dilatari & multiplicari potest, ꝓponere. Ait præterea: nisi aduentitia quadã » ratione & ex euẽtu participẽtur species, fore vt essen » tiarum dũtaxat sint species: ad qđ dicent Platonici, » si ꝑter ipsas essentias & ea quæ essentijs siue naturis

ex euentu attribuũtur,nihil esset omnino, tum vero habiturũ locũ id q̃d ab Aristotele hoc modo dictũ est.sed quũ p̃ter hæc duo tertium item quiddã in rebus existat:(pleraq; enim non ex euentu tm̃,sed certa etiã & stabili ratione & per se essentijs adiungi solent:)quãti demũ faciẽda est istiusmodi ratio?etenis quãuis eoꝝ quę ex euentu fiunt vnũq̃q; ad ea quibus cõtinẽtur ex proxime adhæret,non illa certa ratione & per se feratur, non tñ penitus ab eadẽ illa ratione est alienũ,quãdoquidẽ talia vniuersa plurium causaꝝ cõcursu solent existere:quaꝝ vnaquæq; rõne certa & per se agit,quidquid agit.neq; vero huiuscemodi causaꝝ euenta ab illa per se cõstanti rõne omnibus omnino modis seiuncta sunt nec ite; si qua ex euentu fieri dicũtur,his ipsis nulla prorsus cõitas cũ illis est quæ per se existũt,sed illis planẽ ipsa hæc adhærent & affinitate quadã iungũtur.quam rem sanẽ exẽplo tibi facile possũ; ostẽdere.finge instãtibus ludoꝝ diebus,qui Romani dicũtur,Solẽ defecisse.rogo te,num p̃pterea defecit Sol q̃d ludi instabant?aut num p̃pterea ludi instabant q̃d Sol deficeret?nempe tu neutrum horũ p̃pter alterũ euenisse rñdebis.attamen quibus de causis defecit Sol eæ ipsæ causæ ratione stabili & per se eclipsim Solis fecerunt. & lex siue institutũ vetus de ludis Romanis non ex euẽtu/sed per se tales ludos cõmisit.q̃d autẽ sub vnũ & idẽ tẽpus vtrũq; horu; incurrerit,ex cõpositione seu cõmensione ambitus reditusq; vtriusq; inter se effectũ est.huius porro cõmensionis alia fuit causa vel alię, quaꝝ vnaquæq; id q̃d ad se attinuerit effecerit. non ergo necesse est oĩa ,aut essentias facere, aut essentijs attributa ex euentu.neq; item ipsa hæc quæ ex euentu fiunt ab ijs prorsus seiungere quæ per se & certa

ratione contingunt. Item, si sit, inquit, eadē species & forma℞ & eo℞ quibus formæ seipsas impertiūt, erit sanè aliqua inter ipsa cōitas. sinaūt non eadeʒ sit species, uno utiqʒ tantū eodemq; erunt utraqʒ nomine, nec præterea ulla erit alia utriusqʒ cōicatio. at enim qui Ideas in rebus ponunt horum utrūqʒ negabunt/ neqʒ uero illi concedent/aut alia quadam cōi specie indigere exemplū atqʒ imaginē, aut si una cōitate vocabuli sociant, cognominaq; inter se sunt, vt reuera sunt, nullam idcirco utrorūqʒ esse societatem. ac ne Aristotelē quideʒ ipsum hoc negaturū clamabunt, si modo sui ipsius esse memor velit. quāuis enim quæcūqʒ in rebus esse dicuntur non oīa inter se cognata ille fateatur, at salteʒ cognomina, hoc est sola nominis societate coniuncta non negat. quō enim tantus vir ignorare potuit, ea quę cognomina ipse nunc vocare ex nominis cōitate sum ausus, ipsi autē Philosophi æquiuoca appellant, alijs quidem partibus non cōicantia inter se esse, alijs uero cōicantia? nam neqʒ Romuli statua ab ipso Romulo omni prorsus communitate disiuncta est, neqʒ omnino quæuis imago a suo ipsius exēplari. at enim, inquit, neqʒ aliarum rerum scientiā quidq; adiuuant. quippe q̄ aliarū reruʒ essentia ipsę non sint. essent enim in illis ipsis. neqʒ ijsdem vt sint quidq; opis ferunt, qñ in ijs neutiquaʒ sunt a qbus participantur. at Platonici hoc loco hominē interrogabunt, vtrum putet de aliqua imagine exqsitius cognoscere eum qui etiam de exemplari cognouit, an q non cognouit? qđ si non alius est dicendus q̄; qui cognouit, qūo ergo scientiam non adiuuant? si vero harū rerum illæ causæ sunt, qūo his vt sint illas quidq; opis ferre negat? atqui non solum, inquit, sensibilium rerū exemplaria sunt species, verū

„ etiam sui ipsarũ, veluti genus earum partiũ quæ iteȝ
„ locum obtinent generis. quare & exemplar idem erit
„ & imago. at enim illi rñdebunt, si vni & eidem cõtin
geret, vt vnius atq; eiusdem & exemplar & imago
esset, absurdam sanè rem & minime rationi consentaneã
fore, tanq̃ si eidem tribueremus vt eodeȝ maius
idem esset & minus. nunc aũt quid prohibeat tã-
dem qđ vnum & idem sit, alterius quidẽ imaginem,
alterius vero exẽplar esse? an non statuæ cuiuspiam
quæ ipsa quoqȝ imago est, aliam ꝑterea imagineȝ pi
ctor efficiet? nonnè item in aqua eiusdeȝ statuæ ima-
» go reddetur? ait præterea, quãuis species sint, non ta
» men fieri ea quæ fiunt nisi sit qđ moueat. & alia fieri
» multa, vt domum aut annulum, quoꝝ esse Ideas ne-
» gant. quare perspicuum est, inquit, licere illa quoqȝ
» quoꝝ Ideas esse aiũt, talibus de causis & esse & fieri,
» de qualibus ea quæ nunc dicta sunt, non auteȝ ob ip
sas species. sed ne hoc quidem concedent Platonici,
opificia hæc quæ ab arte proficiscuntur, sine suis
exemplaribus fieri, quãquam ipsa hæc per se negent
consistere. fiunt enim ob illa quæ in ipsorum opificuȝ
animis antea concepta sunt. quin etiam hinc argumentum
accipient, quo Ideas esse demonstrent. ea
quippe quæ natura efficiũtur nõ modo nõ deterioris
causæ vsu operaq; indigere dicent, vt fiant, quam
artificiosa istæc, sed ne æqualis quideȝ ac paris. quin
potius quũ hæc illis præstantiora sint, hæc iteȝ præstãtiore
causa vti oportere dũ fiunt. Sed dixerit forsitan
Aristoteles, in mente Solis omnium quæ nascũtur
exẽpla contineri, nec vllis præterea opus esse exẽplis
quæ per se ipsa consistant. constat enim, ab Aristotele
Solẽ ortus rerum nascentiũ authoreȝ constitui.
nostri aũtẽ aduersus hęc illud dicent, si ea quę na

tura

tura fiunt similiter a Sole fieri cerneremus, vt artificiosa ista a suis artificibus, facile tibi concessuri essemus, o Aristoteles, nullis pterea eē opus rationibus, q̄ quæ in Sole cōtinerētur. nunc aūt istiusmodi opificia omnia q̄diu pñtes habent artifices/ab ijsdemq; tractātur & manu attingūtur, tātisper proficere atq; ad perfectionē absolutionemq; suam tēdere. quod si forte inchoata a suis authoribus relinquātur, nō vltra quidquā progredi aut promoueri, tanq̄ artificibus ipsis non manus tantum quibus illa tractabant atq; expoliebant, sed exēplaria quoq; hæc quibus informabant secū auferentibus. eorū vero quæ natura fiunt pleraq; videmus non minus vbi Sol lōgius recessit, q̄ duʒ adest incrementū accipere & perfici. qđ in ijs maxime cernitur & plantarū & fruguʒ generibus quę cito perficiūtur. ea quippe animaduertimus noctu non minus absolui q̄ interdiu, nec vnquā interea vllas crescentiū species confundi/aut cōmisceri: vtpote quum tali in tēpore Solis ista tua mens nequaq̄ perficiendi author constitui possit. quēadmodum ne has quidem mentes quas participātes vocamus, sine certis quæ sibi cōiuncta habeant corporibus, nihil plane efficere posse in reliqua corpora. cūctis eniʒ corporibus & situ certo & figura opus esse ad ea quę passura sint aliquid. quoꝝ nihil Soli ad ea quæ natura fiunt tali in tēpore ad esse videmus. sed nec a seipsis quidem tunc perfici talia audebis dicere. nulla eniʒ vis latens in actum progredi solet, nisi ab altero quodā eodemq; euidenti actu promoueatur. nec vnq̄ si quid sola ui latente perfectū est, id ēt re ipsa perfectū euadet, nisi alterius cuiuspiam opera euadat, qđ re ipsa perfectius fit. his adducti rationibus Platonici auctum illuʒ quo tunc talia perfici vi

dent,formis hisce,atq; exemplaribus viuis & intelligentibus tribuunt. hasq; ipsas a rebus sensibilibus disiūctas species bifariam diuidētes, tum in eas quæ ad efficienduʒ quidquid efficiunt per seipsas idoneæ sunt,tum quæ idem minime efficere valent similiter, priores illas his sempiternis rebus quas cernimus quæq; ad nos proprius attinent causas & exēpla cōstituunt: hasce auteʒ alteras,hisce rebus cunctis q̄ nascūtur assidue atq; intereunt,adiutore quidē Sole ipso indigētes,qui ipsis materiam admoueat, vbi vero materiā a Sole acceperint,ipsas quoq; in illam exercentes vim suā per se.neq; vero illi aut philosophiæ nouū genus inducunt,aut nouaꝝ quarūdam causaꝝ authores sunt,vt calūniatur Aristoteles: sed causarū potius plenū absolutumq; numeruʒ rebus quæ sunt attribuunt, quem ille diminutū imperfectumq; reddit.nam quū ille item causas in quatuor genera diuidat,triuʒ quidē opera æque vti videtur atq; omnes qui a Platone ꝑfecti sunt,tum finis,tum materię,tuʒ eius quæ mouendi initium præbeat.formæ aūt quæ reliqua est,neutiq̄;. nisi forte id dicat, quæ vnicuiqʒ harum ad sensum pertinentiū reruʒ forma & species adest,hanc se loco eius generis causę habere.qđ si dicat,facile conuincetur,non hanc esse causam ipsam, sed alterius cuiuspiaʒ causæ effectum quoddam siue opus.nam,vt reʒ oēm plenius perdiscas,scire te opʒ, a Platonicis finē quidē ipsum,qđ est omniū causarū præstantissimum genus, principi illi omniumq; regi Deo non motuū soluʒ/sed essentiaꝝ quoq; atq; omnium quæcūq; sunt assignari. species autē has,& vita præditas rationes, exemplaria item constitui rebus quæ sunt.at initiuʒ motus attribui animæ illi ac mēti quæ huic cœlo perfecta est.materiā vero materiæ

illi ex qua vniuersum hoc cœlũ constat. qđ si rerum singularum quę a natura proficiscũtur materiã huic vniuerso acceptam refert necessario, cur formã quæ multo q̃ materia nobilior est alteri vniuerso ac nobiliori quidẽ denegare audet? ita nostros rebus quæ sunt, plena reddere genera causaꝝ. neq; vero ab illis quidq̃ proferri, qđ non positis a se principijs cõsentiat. Aristotelẽ vero in eo maxime repræhẽdi quod sempiternis essentijs siue naturis nullũ authorem seu propagatorẽ assignet, neq; ex omnibus omnino qdpiam, cui qđ sint acceptũ referant. quæ si a seipsis habent, vt sint, cur non etiam vt moueãtur? at Plato & qui ab ipso denominãtur Philosophi, rebus q̃ sunt, principem illum omniumq; regem Deũ præficiẽtes, hunc ipsum omniũ alioꝝ quæ in lucem aliquid proferant patrem & procreatorẽ, omniũ quęcũq; sapienter quidpiam efficiant effectorem constituunt. nihilq; plane eoꝝ quę sunt, non ad illum referunt. Habes Polycarpe, sermonem de Ideis bene longũ: quem si tu in vulgus efferas, vereor vt laturi sint, non illi quidem vere Peripatetici homines, sed isti laruæ atq; vmbrę Philosophoꝝ, de quibus initio dicebamus: qui male de seipsis, male de omni genere humano merẽtes, nihil vt verum probare possunt, nisi qđ a pueris ipsi didicerunt. POLY. vtrũ tibi tam longus fuerit sermo tuus ipse videris, qui laborasti fortasse dicẽdo: mihi certe nunq̃ quidq̃ breuius visum est. neq; amplius puto futurũ, qđ de Ideis Platonicis dubitem. qđ vero de Philosophis dixisti, habendũ omnino arbitror illum delectũ, quem initio diximus, vt si qui vnqu istã sordidam ac barbaram sapientiam cõplexi sint, cum his nihil tale cõmunicem. sin erit quispiam liberalior, qui neq; a cultu neq; ab vrbanitate literarũ omnisq;

ſapientiæ abhorreat, Græcæq́; linguæ aut ipſe non omnino imperitus ſit, aut eius peritiaꝫ in alijs putet laudandam, huic ſcilicet nihil horũ putem inuidendum. ſed quũ pręter Ideas illas de quibus dixiſti, alia multa in Philoſophia eſſe intelligam, in quibus Ariſtoteles a Platone diuerſus incedit, rogo te, Calliſte humaniſſime, vt qđ iam inchoaſti perficias. ne ſi imperfectuꝫ opus relinquas, & manum & exẽplar, vt de artificibus paulo ante dicebas, tecum auferas. egoq́; earũdem reruꝫ deſyderio vſq; tenear. CALL. quãdo ſemel hoc theatrum ſum ingreſſus, gerenduꝫ tibi moreꝫ arbitror, Polycarpe. cæterũ nolim exiſtimes, me laboraſſe, dum hoc quieto genere dicendi ſum vſus: ac multo quideꝫ minus q̃ in illis concionibus vulgaribus ſoleam: in quibus & contẽdendum ſæpe longius eſt, & clamandum vociferandumq́; vęhemẽtius. Ergo vt reliquũ tibi ſoluam qđ debeo, tenendũ tibi etiã atqꝫ etiam arbitror, qđ ab initio dictuꝫ eſt, a Platone principem illum regemq́; vniuerſi Deum, cunctæ primuꝫ intelligibilis, & a materia ſenſuq́; ſeiũctæ naturæ authorem / patremq́; conſtitui, deinde per eam naturam, cœli huius vniuerſi: quum Ariſtoteles illum neq; cœli neq; alius cuiuſpiã ſempiternæ naturæ authorem, hoc eſt, effectorem atqꝫ opificem vſquã fateatur, tametſi ab eodeꝫ interim vult ipſum hoc cœluꝫ moueri. qđ ſi quiſquã eſt qui in libris ſuis vſq̃ Ariſtotelẽ tale quidpiã ſcripſiſſe cõtẽdat, rogo hunc ne cunctet̃, ſed locũ proferat ex quo ſententiæ ſuæ fidẽ vel minimã faciat, dũ tamẽ ne homineꝫ torqueat, eoq́; modo tanq̃ in quæſtione, cogat ea dicere, quæ ne ſomnianti quidem ipſi vnquã in mentem venerint. hæc ergo oĩuꝫ prima ſit differentia, quæ ad Ideas illas pertinet, de quibus dictum eſt.


L T E R A erit de eo qđ est: qđ Græci cõmodius participio significãt, ens appellantes. huius entis nomẽ ipsuȝ dũtaxat, non etiã naturã rebus vniuersis similiter conuenire author est Aristoteles. atqȝ hoc ipsum vel primus omniũ magna cũ laude excogitasse existimaẽ, qđ nulli eoꝝ, qui ipsum antecesserant, in mentem venisse creditur. ei quippe qđ vnum sit aduersatur libẽter Aristoteles, multitudini aũt principioꝝ & generum fauet. non potest, inquit, » inueniri eius qđ est vlla definitio, quæ rebus quoqȝ » sub eo qđ est cõpræhensis, conueniat. quasi vero vl » lum eoꝝ decem generũ, quibus Aristoteles principatum tribuit, definiri possit: ac non potius attributis quibusdã & notionibus vnumqđqȝ eorum explicetur. quid ergo tandẽ ei qđ est attribui poterit, quod non omnibus rebus quæ sint itẽ possit attribui? quæ vnquã notio eius qđ est, proferetur, quę non omnia quæ sunt, complectatur? quid porro mirũ si ab infima specie ad supremũ genus ascendentibus non solũ notiones atqȝ attributa, sed etiam verba deficiant? neqȝ tñ supremum illud quidquid est suo iure priuãdum est. non enim verba si deficiant, res quoqȝ ipsas deficere necesse est. certe si quid ei qđ est attribui nõ potest, id ei qđ non est attribuetur necessario. ita in nullo eoꝝ deceȝ generũ quæ prima putantur, residere poterit, sed plane ad id qđ nihilũ dicitur, pertinebit. qũo ergo id qđ est, voce sola, non eniȝ re ipsa cõ ueniet omnibus illis decem a Pythagoreo Archyta sumptis generibus, si nihil ad ipsum ptinet, quod nõ ad eadẽ illa pertineat? at qui, inquit ille, id quod est, » alia quidẽ magis, alia vero minus participãt. cogno » mina ergo tantuȝ inter se sint, necesse est, quæcunqȝ »

ſunt,non etiam eiuſdeȝ generis & cognata. aduerſus hoc Platonici ita nitũtur,vt dicant, ex eo quod alia magis alia minus ſint,neutiquá id confici quod ille ait. quærunt enim dicturus ne ſit ille , candorem in niue,ei qui in lana ſit,candori , cognominem tantuȝ eſſe non etiá cognatum?qđ ſi candidiori minus candidú,cognomen,hoc eſt,æquiuocũ,dici non debet, cur qđ minus eſt,ei qđ magis, dicenduȝ?atqui in re-
„ bus,inquit,alia ſunt quæ antecedunt,alia quæ ſequũ
„ tur.vt homo atqȝ animal.quoruȝ id quod prius eſt,
„ non ſecum trahit id qđ poſterius.nam qđ poſterius.
„ nam quod eſt animal,non cõtinuo ideȝ eſt homo. at
„ vero poſterius eſſe ſine priore nõ poteſt.quod enim
„ eſt homo,idem cõtinuo animal.ſed videamus quatenus hæc Ariſtoteli ratio poſſit ꝓcedere , vt id quod eſt non ſit cõmune genus omniũ quæcũqȝ ſunt.népe non negabit ille,omnibus numeris unum eſſe cómune genus,qđ numeri appellentur: quoꝝ tamé nullus eſt qui non alteꝝ antecedat.quid ergo aut anteceſſio aut cõſecutio impediat id quod eſt,ne ſit genus omnium quęcũqȝ ſunt?certe ſimplicia omnia concretis atqȝ coniunctis priora ſunt. attamen quis vnquam ſub eodé genere/ vel naturæ/ vel eſſentiæ/ vel ſubſtãtiæ/tam quatuor illa quę prima dicũtur corpora/ q̃ȝ omnia quæcũqȝ ex illis concreta ſunt,comprẹhendi negauit? at enim hoc ſubire cogemur incómodi,in-
„ quit,ſi ꝓpterea quod nomen eius qđ eſt, omnibus q̃
„ ſunt cõuenit,rem quoqȝ ipſam ac rationé conuenire
„ putemus,vt non modo id qđ eſt,rerum quæ ſunt,fa
„ teamur eſſe genus,ſed etiá vnum.ita duo æqualia ge
„ nera,quoꝝ neutrum alterũ antecedet,omnibus quæ
„ ſunt,præfecta erunt. quod neutiq̃ȝ fieri poteſt. quaſi
„ vero difficile ſit altera duo hiſce duobus ſimilia in-

uenire, quorum nomen quũ multis conueniat, neutrum tñ ipsoruȝ cognominatione, sed vtrũq; cognatione ad omnia illa pertineat. Socraté enim & hominem esse & ad ridendũ aptum dicimus: quarũ appellationũ vtraq; non ipsa loquendi cõsuetudine solũ, sed etiam veritate naturæ, Socrati, Platoni, & cæteris tribui solet planissime. quid ergo impediat ne id quod est, etiã vnũ dicatur, neq; tamé ipsum hoc vnũ sit genus, sed id qđ est tantum? neq; hic refert qđ homo sit species, nosq; de genere cõtédamus. vtrorũq; enim hac in parte eadem ratio sit necesse est, tametsi hisce rebus præficere genus cõsueuerimus, quæ ipsæ & finitæ sint & diuisioné suscipiant, ea vero quibus infima præponitur species & infinita numero, & singula protinus indiuidua reperiãtur. quod si idem in aliquo genere pertinaciter exigat, age sané, id nunc verbi gratia accipiamus qđ animal dicitur. si quis ergo animal non ea ratione definiat, qua sensu præditum est, sed qua imaginum & visorum capax, vt ab ostreis & conchis cęterisq; eiusdem generis id ipsuȝ distinguat, ac deinde id illi tribuat quod ex hac ipsa ratione, omniũ est animaliũ proprium, vt ad gressuȝ itionemq; idoneum appellet, non id quidem perperam facturus fuerit. hoc enim modo vtrũq; alteri cõueniet, & quod proloquium ex hisce duobus verbis cõstruetur, in cõtrarium cõmutatum suam nũquam amittet veritaté. omne quippe animal erit ad gressuȝ idoneum, & item contra, quidquid ad gressum idoneum fuerit, idem cõtinuo animal. nihilo tamen minus animal omnibus quæ sub ipso cõtinentur præficietur, vt genus, neq; vnquam negabitur, quin illis quẽadmodum vocabulo ita & natura conueniat. at si quis, inquit, hoc ipsum cõmutet, neq; qđ rationis „

„ particeps dicimus, animali tribuat differentiam, sed
„ habitu; possessionemq; rationis, vt ex hoc appareat,
„ vsum differentiaꝝ huiusmodi esse oportere, nunquã
„ omnino dicetur possessio rationis animal. nam ali-
„ quod quidẽ animal vel habens vel possidẽs rationẽ
„ dici poterit, at rationis possessio vel habitus nullum
„ prorsus. quãdo igitur in eo qđ est, contingere idem
„ non potest, (nihil enim vnquã proferri, aut etiã ex-
„ cogitari in rebus poterit, cui non conueniat appella
„ tio eius quod est,) id quod est nunqua; fuerit genus.
Platonici aũt aduersus hoc primũ illud dicũnt, non necesse esse si quid in ijs generibus, quæ vel inferiora, vel succedentia, vel subiecta dici possunt, contingat, idẽ in supremo quoq; ꝯtingere. nihil enim prohibet, aliqd priuatim illi supremo tribui, quod reliqua obtinere non possint. deinde eum qui ista dicat manifesto niti mẽdacio. nam si illi placet rõnis possessio differẽtia, vt eam quæ est, particeps rationis, facilius euitet, nos viciſſim, inquiũt, placere nobis pro genere dicamus, nõ animal, ſ; habitũ formamq; animalis. reddat ergo vel Aristoteles, vel quiuis alius differentiã, quæ ad habitũ formamq; animalis pertineat. & quã tandẽ redditurus sit? num forsitan. huic quidem habitui formæq; eam quæ est particeps rationis attribuet: ipsi vero animali rõnis possessionẽ? & quis tandẽ hæc monstra sermonis ferat? vt vllum quidẽ animal dicat rationis quãda; esse possessionẽ, formam vero aliquam & habitũ animalis, quiddam particeps rationis? nempe dubiũ nemini esse debet, quin rationis particeps differentia ad ipsum animal feratur. (aliqđ enim animal rationis est particeps.) possessio autẽ rationis, si locũ differentiæ vllũ obtinet, ad habitũ formamq; animalis, vt hoc pacto ani-

malis habitus quiſpiam, ſit rationis poſſeſſio. Quo ſanè mõ ſi generibus ſuas differẽtias aſſignarimus, nihil in ratione loquendi continget incõmodi. Vides hoc loco Polycarpe, Græcos tuos multo audacius & planius enunciare quæ volunt. omnia enim hæc quæ ego duobus, aut ẽt tribus verbis magno cum labore extuli, illi vno dũtaxat enũciant facilius, rõnalitatẽ & animalitatẽ ſuo arbitratu, pro eo qđ ego tũ poſſeſſionẽ rationis, tum habitũ animalis dixi, fingẽtes. nam ſi differentiã ſuo generi aptam eſſe oportet, non dicetur animal rationalitas, neq; animalitas rationale, ſed animal rationale/& animalitas rationalitas, quæ tamen duo poſtrema vocabula Romanæ linguæ decus ſuſcipere non poteſt. hactenus quidem illud ſit a nobis oſtenſum, rationes eas quibus nitũtur qui id qđ eſt, rebus cognomen ſolum/non etiam cognatũ eſſe contendũt, non conficere id qđ volũt, ſed eſſe debiles admodum atq; infirmas. Supereſt iaʒ vti ratiuncula quadam oſtendamus, ne poſſe quideʒ aliud rebus eſſe id quod eſt, quã cognatuʒ & genus. nam ſi ab eo qđ vnum ſit, & ſumme quidẽ vnuʒ, cuncta proficiſcũtur, quãquaʒ ea vel innumerabilia eſſe quis fateatur, fieri tamen nunq̃ poterit, quin vnum quidpiam & cõmune inter ſe poſſideant. qđ quidem quid aliud tandẽ fuerit q̃ id qđ eſt, & hoc ipſum nõ cognomen & æquiuocum, vt illi aiunt, ſed cognatum & vniuocum, vt nos dicimus? omnia eniʒ videmus, vt illud verius ſint quidquid eſſe poſſunt, ad vnum tanq̃ ad principium quoddaʒ ſuum tendere. quantoq; magis vni propinquant, tanto etiaʒ magis eſſe. neq; hoc Ariſtoteles ipſe negabit, qui quodaʒ in loco ait: ea quæ ſunt nolle in mala rep. verſari, Homerico interim verſiculo nitens, quo ille declarat,

non esse principum ac regum bonam multitudinē, sed vnum principē regemq; esse oportere, valde ille quidē sapienter hoc sentiens si verba spectentur, at si rem attendamus malā ipse in ea quæ sunt remp. introducēs, quippe qui id qđ est in plura diuidat, neq; vnum sicuti est esse patiatur. qđ si velis id qđ est tanquam genus diuidere & sub eo collocare proximas spēs memento duas illas primas sub eo subijci oportere, essentiam quidē vnam, essentiæ vero attributū, qđ accidens vocant, alterā. ita erit essentiæ proxima diuisio, in corpus, & incorporeā naturā. & reliquæ eodem ordine sequentur diuisiones.

3 IVSDEM vero criminis reus etiam illic tenetur Aristoteles vbi minora ea facit quæ ad vniuersum pertinent, q̃; q̃ in parte spectanť, dum singulares priuatasq; essentias, primas esse, & principatum in ijs quę sunt obtinere dicit: genera vero earū & species illis minores habendas docet ac secūdo loco constituit. qđ si essentia, vt ipse quoq; Aristoteles cōfitetur, est eoꝝ quæ sunt qđ maxime est, quū id minus sit qđ aliquā obtinet partem, quā id qđ vniuersum, idem prorsus in essentiæ ratione contingat necesse est. vbi tamen si de eo loqueretur vniuerso qđ rationē amisit vniuersi, haud sanè magna cum difficultate probari posset qđ dicit. nam id qđ vniuersū dicimus plerūq; ab vniuersali ratione seiungimus, veluti quoties non omnem hominē/sed aliquē, non omne animal/sed aliquod intelligimus. nunc autem non illud accipit vniuersum, qđ de suo iure decesserit, sed simplici absolutaq; ratione vniuersum, simplici absolutaq; ratione genus & speciem, in hanc fortasse adductus sententiā, qđ homo sit aliquo inter-

dum animali præstantior, & aliquo item homine Socrates. at vero vbi & vniuersũ est, & ius retinuit vniuersi, nihil tale intueri licet. nam si nihil refert vtrũ omné hominẽ dicas an omnes homines: oẽs porro homines nulla re alia cum singulis hominibus differunt, quã quod illi simul & coniunctim, hi vero disiunctim ac seorsũ intelligi solent, qua tandé ratione sit dictum, homines singulos iure essentiæ ac naturæ, omni homini esse præponẽdos, magisq́; esse illos ac verius q̃ omnem hominẽ, nisi etiam omnia quæcũq; disiunctim capiũtur plus & essentiæ & naturæ obtinere dicamus, quã quę coniunctim? & hoc quidẽ ipsum forsitan ex ipsius Aristotelis instituto non omni caruerit ratione: quippe qui cũ eo quod vnum est, libenter litiget, eius auté q̃d est scissione ac multiplicatione in primis gaudeat. id enĩ quod est, ille vnũ esse non vult, queadmodũ antea dictũ est. At Platonici huic generi doctrinę vehementer repugnant, dicuntq́; ab illo principe Deo non cuiuspiam hominis gratia naturã hominum vniuersam, sed humanæ naturæ vniuersæ gratia, singulos editos institutosq́; homines. ipsam porro naturam hominũ vniuersam, totius ratione præditæ naturę gratia, & omnino partem vniuersi, non vniuersum partis gratia ab initio institutũ. illud quoq; aiunt, vel ipso docẽte Aristotele in ijs libris quos de demõstrãdi ratione cõscripsit, multo esse præstantiorẽ scientiã cognitionemq́; vniuersi, quã scientiã cognitionemq́; partis. quod certe nunq̃ concedi poterit, nisi & essentię magis particeps planeq́; verius sit vniuersũ q̃ pars, & ob hanc causam præstantius. ita vides non cõstare sibi ipsi hac in parte Aristotelẽ. Nos auté nunquã tale quidpiam dixerimus, nisi etiã illud concedere,

non totum ſua parte eſſe maius, ſed partem ſuo toto maiorem, velimus.

4 
V I C item ſimile eſt illud quod idem ait: quod in vniuerſo conſyderetur ratione obtinere materiæ, formæ autem quod in parte. ecótrario quippe dictu3 multo fuerit verius. qđ enim in vniuerſo ſpectatur, totũ quiddã eſt, quod aũt in parte, pars. forma vero ipſa ac ſpecies utiq; in toto magis exiſtit, q̃ in partibus. ſi quidé efficacius quoq; atq; euidentius eſt quod ad uniuerſum pertinet q̃ quod ad partem. uniuerſu3 enim ſi vniuerſali ratione accipiatur & ipſum eſt efficaciter atq; aperte hoc eſt, actu, & ſingula quæ intra ſe quaſi partes in toto concludit, non vi quadã latente, ſed actu & re vera cóplectitur. quod auté ſub ratione partis accipitur ipſum quide3 re uera eſt atq; actu, vniuerſum vero poſſidet nó ſub ratione vniuerſi, ſed quoad ex illo dũtaxat quiddã ſibi aſſumit, quod ad ſe pertineat. deniq; qđ in vniuerſo ſpectatur perfectum quiddam eſt, quod autem ius obtinet partis, imperfectum.

5 
C ne illud quide3 ab eodem ſatis recte dictu3 videri debet, vt quod ſenſu ipſo percipi poteſt, ſenſu ipſo ſit antiquius, quu3 ex eo illud planè tollatur, quo nihil conſtantius ac certius: ea quæ ſub eandem rationé cadunt, quæ apud Græcos ad aliqd dici ſolent, & in cóparatione ac relatione cõſiſtunt, ſimul eſſe neceſſario, neq; eius generis alteru3 quidpiã dari poſſe, quin alteru3 continuo ſequatur, & cũ eodem ſimul proferri intelligatur. aut enim ille hoc dicit tanq̃ aliqñ futurus ſit ſenſus, aut tanq̃ vnqua3 futurus. ſi nunquã futuro ſenſu: tum quæro qui fieri

possit, vt aliquid esse dicatur, quod ad eum sensum pertineat, qui neq; sit nunc, neq; vnquã futurus expectetur: sin autem illo aliquãdo futuro, haud dubium est, quin eum futurũ intelligat, qui esse possit. at enim hoc pacto quis non videat neutrum esse actu, sed vi quadam latente vtrũq; ? nam & illud quod ad sensum pertinere putatur, facultate quadã occulta ad illum pertinet, cuius facultatis exitus/siue actus expectat. nunc enim sentiendi vim habet tantum, non etiam re ipsa sentitur. & ipse item sensus si nõdum re ipsa exiſtit, neq; euidenter suo munere fungitur, at in eadem facultate eademq; ui occulta quin insit, negari saltem non potest. Vides Polycarpe, q̃ ego nũc laborem vt ad antiqui candoris normã in loquẽdo redigam qđ iuniores Philosophi non satis vsitate actum dicere solent atq; potentiã. dico igitur si futuro aliqñ sensu dicit esse aliquid qđ ad sensum pertineat, vtrunq; futurum simul potẽtia, actu vero alterũ vtiq; altero prius nunq̃. qua ratione iam cõfectum vides nõ posse dari quidq̃ quod ad sensum pertineat ipso sensu antiquius. nisi forte de ipsis naturis atq; essentijs loquare simpliciter atq; absolute, nõ de his quæ ad aliquid dicuntur & in cõparatione consistũt. quod ad confusionem generũ pertinere non ignoras.


OLLVNT item aliam quandam notionẽ cõmunẽ ac certam Peripatetici, q̃ est eiusdem rei affirmationẽ ac negationem nunq̃ eodem tẽpore veram vtrãq; reperiri: quod genus contradictionem solent vocare. volunt enim id qđ indefinitum vocãt proloquium vel affirmes idem vel neges, verum nihilominus inueniri. neq; me latet, quibus argumentis id extorquere conentur: sed satis mihi est, si tibi 6

nunc oſtẽdo in hoc quoq; a Platonicis viris diſſentire eos q Ariſtotelẽ ſequãtur. noſtri enim indefinitã negationẽ ex vſu cõi omniũ tam qui ſcripſerint aliquid quã qui loquãtur, & præterea ex ijs rationibus quas de primis & ſecũdis eſſentijs nuper audiſti, nunquã ad partem referri, ſed ſemper ad vniuerſum demonſtrãt. aut locũ aliquẽ proferãt Peripatetici vel apud ipſum Ariſtotelẽ, in quo ille negationẽ indefinitam nõ ad vniuerſum/ſed ad definitã partẽ retulerit. cõem vero vſum maxime indicat Euangelium noſtrũ: nõ erat, inquit, illi locus in diuerſorio. qđ profecto nihil aliud ſignificat, quã nullum illi fuiſſe locum. qđ ſi eſt, vt re vera eſt, quũ contraria affirmatio ſemper de parte accipiatur, ſequeť neceſſario, vt nunquã/aut vera/aut falſa ſimul poſſit depræhendi. naʒ qui dicit nõ eſt illi locus, ſine vlla dubitatione, hoc dicit, nullus eſt illi locus. qui vero dicit, eſt illi locus, hoc planè dicit, aliquis illi eſt locus, nullus autem locus/& aliquis locus ita ſibi inuicem aduerſantur, vt nunquam/neqʒ in veritate/neqʒ in mendacio coniungi ſociariq; poſſint.

7 ED eſt aliud quiddã eiuſdeʒ rationis, qđ item Ariſtoteli a Platonicis neutiq; concedi ſolet. noſti puto in ratiocinatione cõplexionẽ q̃ a Græcis confectio diciť, duo ſumpta antecedere, quę proloquia Latini veteres nominabant, poſteriores autẽ dixere ꝑpoſitiones, quum eaꝝ vna dũtaxat proprie hoc nomine dicẽda ſit, altera vero non ꝑpoſitio ſed aſſumptio. hoꝝ proloquioꝝ alterum maius atqʒ amplius, minus alteꝝ appellãt. huic minori ſemp ſimilẽ eſſe oportere cõplexionẽ tam pro cõceſſo habeť dialecticis, quã oẽm numeꝝ eſſe/aut parẽ/aut imparem.

minus aũt habeť qđ parté cóplectitur, eo qđ uniuersum. minus negans q̃ affirmans. minus id qđ simpl'r nullo addito modo effertur, eo cui necessitatis modus additus sit. illo aũt ipso quod sine modo simpl'r enuncietur, minus id putant in quo, siue vt sit aliqd, siue vt fiat, contingere dicimus. quãq̃ non satis apte ꝯtingens a Latinis diciť qđ Græci uocant endechomenon. cuius uerbi illa uis est, ut alicuius rei neq; affirmatio neq; negatio necessaria sit, sed utrum uis duoꝝ æque fieri posse. proinde ẽt utrumuis concesseris nihil te incómodi subijsse. quæ quidem non vt tibi ignota cómemoro, sed ut ordiné rerũ sequar nó ꝑtermitto. sed qđ est tandé qđ hac in parte Aristoteli non cócedant Platonici? népe qđ ex duobus proloquijs altero necessario, altero simplici, necessariã ꝯfectioné educit. ex hoc.n. illud aiũt euerti qđ & certissimũ & cóstantissimũ est: confectioné minori ꝓloquio similé esse oportere. nam si mediũ, qđ uocant, ipsum est qđ primum extremo conciliat & cónectit, nunq̃ fieri poterit, ut alia hoc ratione illi cónectat, quã qua ipsum extremo coniunctũ est. quare si illud ipsum necessariã habeat rationé, erit item ipsi extremo, necessaria ratione coniunctum. qui sane modus vnus est, nec alius præterea, necessariæ confectionis. at si idem mediũ cum illorũ utrolibet necessario nó hæreat, ne primum quidem cum extremo unq̃ hærebit necessario. ita nulla poterit sequi necessaria confectio. at Aristoteles vult si duo proloquia antecesserint, uerbi gratia, quidquid currit mouetur necessario, currunt autem oẽs homines, confectionem quæ seqtur necessariam esse: mouetur ergo omnes homines necessario. ceterũ sic quidem necessario conficitur, non tamen ipsa necessaria est confectio.

8 
ENIO nunc ad ea quæ de anima phi losophatus est: vt in ijs item ostendam quę inter nos atq; illum sit differentia. nos igitur a Platone accepimus, illud quidē quod omni essentia & natura superius est ac sublimius, vnum esse simpliciter, vsq; adeo vt neq; essentiā, neq; vim seu facultatē, neq; efficientiam siue actu; eius vsquā discernamus: sed ita hæc tria in illo coniūcta intelligamus, vt vnu; atq; idem omnia sint. ex quo illud confici haud dubium est, ut in supremo Deo & esse/& posse/& efficere, siue magis placet, essentia/potētia/actus/nullo modo distincta habeātur, hoc est, ut alias sit, alias possit, alias efficiat: sed ut simul/& sit/& possit/& efficiat. quæ autem infra illum intelligūtur, uel rationes, uel formę, uel mentes, de quibus diximus, quum de Ideis ageremus, eas non item habere existimamus, neq; simpliciter unas esse uolumus, sed earum efficientiam siue actum ab earūdem essentia ac natura discernimus. vim autem ac facultatē ab efficiētia, hoc est, vt more Philosophorū loquar, potētiam ab actu, non omnino: propterea quod quum ipsę immobiles sint, nulla ui latente quidq; habent adiunctum, sed omnia quęcūq; ipsis adsunt re ipsa atq; efficaciter sibi habent præsentia. at in anima tria hæc planè discreta atq; distincta intelligimus, & alias illam esse, alias posse, alias efficere, vt pote quæ modo hanc rem, modo illam cogitando & intelligendo, moueatur. & alia q; dem genera animarum sic, humanā vero non solu;, vt dictum est, vt modo hoc, modo illud intelligendo de hoc ad illud moueatur, sed etia; vt modo intelligendo, modo non, uel contra, ex hoc in illud ui cissim mutetur: ita illam quidē neq; semper, neq; om

nem

nem eorum quę sunt cognitionem re ipsa atq; actu, sed vi potius quadam latente habere. at Aristoteles hanc quoq; immobilē esse contēdit. qui si eo motu immobilē intelligit, qui per locū fit, recte sanè intelligit. sin aūt simpl'r omnis generis motu, (non enim hoc ille planè admodū explicat,) non item recte. qui enim hoc? quū de cognitione in cognitionē assidue mutetur? aut etiā, (qđ quidem in anima humana cōcedit ille,) ex intelligente non intelligēs, & cōtra, intelligēs ex nō intelligente passim fieri soleat? sed hæc hactenus. illuc reuertor vnde digressus sū. Platonici igitur eas diuisiones quas diximus vsurpant. Aristoteles autē nihil planè videtur distinguere: quippe qui mentem omnem sua ipsius essentia & natura efficientiā esse, hoc est, actum simpliciter, doceat. at eniꝫ qui istuc potest illi in hominis mente procedere? vel quomodo hęc suam ipsius essentiā re ipsa & actu retinebit, vbi intelligere suoq; fungi munere desierit? nōne essentiā suam vna cum efficacitate actuq; amittet, si ipsa sit actus? itaq; & peribit non intelligens, & rursus intelligens reuiuiscet? vides igit', Polycarpe, quāto cautius quātoq; sapiētius hac quoq; in parte Platonici nostri ipso Aristotele philosophentur.



IN eadem philosophiæ parte idem eos exagitare non desistit quicūq; disciplinas recordationes quasdā esse aiunt, & discere reminisci. qui tñ Philosophus, (vt facile ex libris possumus qui de ortu seu generatione animaliuꝫ inscripti sunt, colligere,) animū hominis hoc corpore antiquiorem cōcedit. an tu fortasse quosdā illius non bonos interpretes imitatus, hanc calūnię maculā homini vis inurere, vt ab illo dicas animos hominū existimatos esse 9

mortales?& cui tandẽ bonæ aut seriæ rei iudex siue cognitor merito præficiatur, qui tam manifesti mendacij, tam perniciosæ fallaciæ suffragatorẽ se nõ pudeat profiteri?certe oportebat homines qui se Peripateticos dici cuperent, aliqua affici verecũdia, quuȝ authori ac duci suo infamiaȝ hanc, hoc ignominiæ dedecus adscriberent, vt animos hominum ille vsq; mortales putaret. vides ergo interdũ Aristoteli plus honoris a Platonicis nostris attribui, q̃ a suis. siquidem nostri facile ostẽdunt, nunq̃ illum huic sententiæ planẽ repugnasse. in libris aũt quos de anima inscripsit, itemq; ijs q dẽ philosophia appellari solent, non obscure fauisse. quare de homine, hoc primum quęrũtur, q̃ vel contra sententiã suaȝ, animæ recordationes oppugnet. aiuntq; fieri nullo modo posse, si animus corpore sit antiquior, temporeq; illud antecedat, vt aliud sit discere q̃ reminisci. quid eniȝ illum impediebat antequàȝ in corpus ingrederetur, si modo vsq; erat, ne itelligeret, ne cerneret, ne cognosceret? q̃ si cognoscebat, & in ipso ingressu in corpus illam cognitionẽ amisit, cur postea eandem recipiens, reminisci dicendus non est? sed tu fortasse ridebis hanc Platonicoȝ sententiam, quæ animos nostros nobis ipsis, aut potius nos ipsos his corpibus antiquiores veluti somniare videatur. quàq; id iure optimo non magis Platoni q̃ Aristoteli tribuas, si modo illum velimus sibi ipsi consentanea dicere. verum hæc si tibi vt homini christiano ridicula videtur, propositũ quidem hoc tuum cõmendo qui christianę religioni sedulo faueas: melius tñ ac iustius te facturũ putauerim, si homines primũ quideȝ cõmiseratione quadã prosequaris, deinde illoȝ industriam & solertiam omni genere laudis afficias: qui illius lu

minis expertes, quod omni cœlo omniq; natura supius est, nulloq; diuino spiritu afflati, sed humanis tantum cogitationibus instructi, tam prope ad illam veritatem accesserũt, quã qui tenent, ab vno se diuino spiritu accepisse profitẽtur. an vero tu vllis Platonicis argumẽtis, vllis physicis humanisq; rationibus animæ immortalitatem tueri te vnquam posse existimas, nisi eandẽ eo saltẽ genere ortus, quod ad tempus pertinet, carere affirmaueris? nam quin de causa sua orta sit negarẽ nullo modo fas est, nisi quis a seipsa id quod est, quodq; existit plane habere illam velit. vnico verbo oẽs illi conatus Platonici, omnes illæ tam longæ fusæq; tamq; artificiosæ probationes, euertentur, humiq; prostratæ tenebũtur, si videlicet vnũ illud obieceris: quid quæso immortalẽ hanc prædicas, o bone Plato, quæ orta est? an ignoras quæcũq; ortum habeãt, eadẽ interitu, si modo physicę humanęq; loquaris, carere non posse? quod quidẽ quũ ita sit, non tamen si Christiani & principiũ temporis & immortalitatẽ tam ipsi animę, q̃ etiã huic mundo tribuũt, stultitiæ arguendi videntur, qui parenti & authori vtriusq; deo illi summo, hanc facultatem attribuunt, vt eidẽ rei & principium tẽporis atq; essentiæ, & immortalitatem dare possit. quas ob res neutiq̃ ego velim a te irrideri philosophos, si qui animos corporibus antiquiores ostendere conati sunt, verũ & miseratione potius aliqua, & omni laude dignos iudicari. Sed redeo ad Aristotelẽ, quem Platonici mirantur in tam multis voluminibus, quæ de moribus scripserit, nusq̃ prorsus immortalitatis animorũ vllam mentionẽ fecisse. qua vna ratione ad tractandos hominum mores, ad studiũ honestatis animis inserendum, ad vitam omni genere virtutum illustrandam,

nihil omnino aptius, nihil vtilius, nihil efficacius, ex cogitare poterat. quanto melius Plato, quanto sapiẽtius, qui hoc quasi fundamẽto vbiq; nitit̃ omnis iustitiæ. an tu vllis legibus, vllis præceptis aut disciplinis hoĩes superbissimos atq; opulentos, iteȝ reges ac tyrãnos cohiberi posse existimas, nisi illis animorũ immortalitatẽ objjcias ac persuadeas? ea vero sublata quæ tãdem felicitas inhominem cadere potest, cui sit haud multo post morienduȝ? sic sanè nulli erunt homines multis tyrãnis feliciores, quos plęrũq; videmus ad extremã vsq; ætatem nihil non suæ libidini abunde suppeditantes indulsisse. At hic tyrannus, inquis, vbi ad morteȝ propius se accedere intellexit, tum maxime discrutiari incipit, qđ omnia illa quibus fruebatur sit amissurus. quid quæso te? non ne is qui omnia virtutũ genera tantis cruciatibus corporis, tanta animi sollicitudine est adeptus, si mõ vnq̃ est adeptus, scit se omnia illa in morte amissuruȝ? negare non potes. & ille quidem tyrãnus sępenumero omni ab initio ad finẽ sua vita potitus est. statiȝ ẽniȝ ille est aggressus sibi omnia permittere, omnia indulgere: ut de illo vere possis cum Terentio tuo dicere: VIXIT DVM vixit bene. hic aũt studiosus, vbi oĩ patiẽtia, omni abstinentia se multos annos torquẽs exercuit, vix tandẽ quinquagesimo ætatis anno, aut etiam multo serius ad habitũ illuȝ virtutis tantis laboribus ac doloribus expetituȝ puenire potuit. quo quum peruenit, tum statiȝ intelligit, in proximo sibi esse mortẽ: omniaq; illa sua tam solida bona, tantis difficultatibus cõparata, in auras & in ventos, vt dicitur, abitura. an tu possis hunc reuera illo altero feliciorem putare, nisi sis vel alicui sectæ, vel alicuius viri amici tui opinionibus addictus: quas vt omni

